Expositio. Lactea subtenuis etc. Superius determinatū est de colore glauco cū mediocriter tenui substātie copulato. Hic determinat autor de lacteo cū tenui suba. Ponit ergo talē regulā pmo. Urina lactea ī colore mediocriter tenuis ī suba in pncipio egritudinis acute signis malis cōcurribus sine dubio patintē indicat moriturū. Si vero signa bona et vitalia ocurrā sicut bonus anhelitus fortitudo virtutis bonus somnus: et bona memoria et silia tūc nō habz ista regulam veritatē. īmo significat egri liberationē. Est tamē sciendū q talis vrina quātū est de se non significat bonū. Sed rōe aliorum signorum bonorum sibi cōiūctorum. ¶ Lactea subtenuis cū largo. Hic ponit alia regula decolore lacteo cū suba tenui mediocriter. Regula est ista Urina lactea ī colore subtenuis ī suba. multa īquātitate in declinatiōe egritudinis apparens significat solutionem egritudinis. ¶ In febre. Alia regula. scz tertia. Urina in colore lacteo. subtenuis insuba in febre interpol-

lata significat materiam egritudinis frigidam: et p consequēs longitudinē egritudinis. ¶ Lactea subtenuis febre. Quarta regula Urina lactea in colore: subtenuis in substātia in declinatiōe egritudinis significat liberationē ab egritudine et salutē. ¶ Cōmētum. Lactea subtenuis.
¶ Post caplm de glauco colore cū tenui substātia: subiūgit auctor aliud caplm de lacteo colore sʒ cōiugationē tenuis sube. Sed fortasse obijceret deverbis et sententijs et eorum repugnātia. In isto libro dr et qsi p regula pponit q lactea vel karopos nūq tenuis reperit. Sʒ hic lacteus color cū tenui suba ꝯiugat. vnde videt dissonātia. Rñdemus q nūq lactea ē tenuis de oimoda tenuitate: et de oimodo tenuitate intelligēdū ē. Ad hoc nāq vt sit lacteus color exigit q sit ibi aliquātula partiū grossicies et accumulatio. Et ideo lacteus color oimode subtilitati denegat copulari. Et hoc idē intelligit de karopos. Et ppter hoc dictū est q latea vel karopos simili mō nūq reperit tenuis i vltima subtilitate. Qd vo hic dr de ꝯiugatione lactei coloris cū tenui suba intelligēdū est: nō de omi tenuitate: sed mediocriter tenuitate accedēte ad speciem spissitudinis: vnde auctor volēs euitare piculū obiectionis nō dixit simplr tenuis: sʒ lactea subtenuis sub nāq denotat remissionē a tenuitate. Si aūt apud. Theophi. inueniat lacteus color cōiūgi cū tenui substātia: tūc. tenuē subaʒ intellige p subtenui De tali aūt colore cā subtenui suba talis doctrina pponitur apud hūc auctorē. Unde vrina lactea cū subtenui suba aut apparet in pncipio egritudis: aut i fine. Si in pncipio vel in fine aut apparet in pncipio vl in fine febris acute vel interpollate vel alterius egritudinis prosequente de singulis. Si in principio febris acute appareat lactea et subtenuis malis signis concurrentibus sicut est alienatio desipiētia: insomneitas: defectus appetitus: difficilis respiratio: virtus debilis mortem significat. Per hoc enim q est lactea significatur cruditas ma

tertei ꝛ indigestio ꝛ locus secunde digestionis esse refrige ratus ex trāsmissione spirituū: ꝛ caloris ad cerebrū: ꝛ est signū frenesis future: vnde timendū est de cerebri ꝯsum‑ ptione. Cerebrū eni est mēbrū delicatum molle ꝛ tenerū ꝛ cū debilē habeat calorē naturalē: nō multo calore indi‑ get. Et iō feruore caloris supuenieti cōsumit. Cor vero ē calidissimū mēbrū naturaliter vn̄ multo calore ē assuetū ꝛ quasi more fabri in cōtinuo calore versat. Inde ē ꝙ im petum feruoris caloris aduenietis meliꝰ potest tollerare Quo aūt est tenuis ex cōpactione humoꝝ est ꝛ cruditate. Et quia materia iam rapta est ad cerebrū epate refrige ratio iam nulla fit resolutio nec ꝑturbatio. vnde vrina nō inspissatur ꝛ ideo malis signis ꝯcurrētibus si talis vrina appareat mortifera est. Sed si bona occurrerint signa su ꝑdictis ꝯtraria: licet talis appareat significat liberatio‑ nē egritudinis: sed non est quātū estin se: qꝛ per se suspe cta est ꝛ īfamis. Sed quia bona accidētia ei cōcomitātur licet suspecta: significant prolixitatē egritudinis. Sed si in fine febris acutē talis appareat ꝛ si multa in quātitate febrē declinātē indicat. ꝙ eni lactea est significat ꝙ īnatu ralis calor iam recedit. ꝙ vero est tenuis hoc fit ex atte‑ nuatione et subtilitate partiū materiei: ꝓ hoc autē ꝙ est multa significat plena ꝛ sufficiēs purgatio. Si ꝟo in ꝑn‑ cipio febris interpollate talis vrina appareat: tūc crudū et flegmaticū humorē demōstrat. vnde disponitur vrina ꝫm frigiditatē ꝛ humiditatē: ꝛ ꝫm caliditatem ꝛ siccita‑ tem ꝛ ꝫm frigiditatē ꝛ siccitatē ꝛ ꝫm caliditatē ꝛ humidi tatem humoꝝ. ꝙ autem est tenuis: hoc fit ex compactio ne ꝛ cōplexione materiei ꝛ difficultate resolutionis. Ta‑ lis ergo vrina ex omi cā egritudinē significat et longam afflictionē ostendit, ꝛc. In fine ergo īterpollate febris; si talis appareat ꝛ multa ex lacteo colore significat calorē deferuescentē. Sed ex tenuitate significat materiei sub tilitatem ex multitudine significat sufficientem purga‑

tionē: ꝛ ita egri liberationē significat. Sed si talis appareat sine febre dispositionē corpis ad ydropisim portēdit. His diligēter ꝯsideratis que dicta sunt manifesta est littera ꝛ sensus littere.

¶ De colore albo lacteo ꝛ karopos.

Albescēs karopos vel lactea spissa figurat:
Idropisim: colicā: lapidem capitisqꝫ dolorem.
Flegmatis excessum. mēbroꝝ reumata. fluxū.
Talis apostaseos causam complexio soluit.

¶ Expositio. Abescēs karopos. ¶ Hic deteriat egidius de calore albo lacteo ꝛ karopos cū spissa suba. Vñ talis est rľa. Alba nāqꝫ vrina in colore vel lactea vel karopos: spissa in suba significat ydropisī: ꝛ alias significatiōes q̄ sequūtur in lr̄a: ꝛ tu specifica sicut scribit̄ in commento valde bene. ¶ Albescēs karopos. Hic agit autor de albo colore ꝛ lacteo vľ karopos cū spissa sba Alba nāqꝫ vrina remissior ē ꝙ lactea. vel karopos. Et est hic color karopos silis camelloꝝ velleribus. i. flauus ꝛ hij colores oēs cū spissa suba significāt ydropisim. i. leucofantiā ex multo tp̄e p̄cedēte: cū quadā obscuritate: ꝛ ꝑturbatiōe ꝛ apposita manu liuida vel subcitrina apparet. Et talis vrina leucofantiā cōfirmatā significat talē vrinā precedit alba ꝛ tenuis cū quadā liuiditate ꝛ obscuritate. Et nota ꝙ talis vrina q̄ ydropisim significat potius dꝫ esse alba ꝙ lactea vľ karopos ꝓpter maiorē cruditatē digestionis. Idropisis em̄ significat errorē virtutis digestiue ī epate Color vo karopos vel lacteus nō tātā cruditatē materie. Pōt tn̄ lacteus color vľ karopos ī leucofātia apparere Sed albus color eā fidelius exp̄mit vt dictū est. Itē vrina alba lactea vľ karopos cū spissa suba ꝛ arenosa sigt colicam: vel illiacam passionem ex crudo ꝛ viscoso flegmate aggregato ī iferioribus itestinis. Vñ exp̄ssiōe flegmatꝫ tecis egresso denegat̄. Ex ventositate innata tortio et angustia sentit̄: vt videat̄ patiēti q̄si quoddā terebel-

lum eius intestina perforare: vt de seipso refert Gal. in collicapassione et illiaca: cum sepe videatur alba et spissa: tamē de iure passionis et depositione vel dispositiōe materiei talis debet esse vrina: que si ita est in itestinis potius debet esse lactea vel karops: q2 cū materia contēta sit in colon intestino vel ylion cū remota sit a vijs vrinalib9 nō sit pōt immutare vrinā: vt eā reddat albā. Redditur ergo minus discolorata: scilicet lactea. Item vrina lactea vel alba et spissa lapidē significat. specifice si in fundo habeat sedimē arenosum: Talis ergo vrina potius debet habere calorē lateū ꝙ albū: q2 licz p flāte debeat esse discolorata multū: tamē ppter ebullitionē et decoctionē ipsius humoris: vt in lapidē cōuertatur redditur minus discolorata: vt lactea et spissa cōstituat̃ pro cōsumptiōe liquidaꝝ partiū. Petrificatio nāqꝫ ex aliquo humore non pōt effici sine aliqua decoctione. Ideoqꝫ potius fit lactea ꝙ alba. Et est notandum ꝙ gñatio lapidis fit quattuor d̄ causis. s. ex abūdātia supfluitatū: ex viscositate eaꝝ: ex āgustia meatuū. et ex d̄bilitate virtutis expulsiue. Cū em̄ hec oīa cōcurrāt humor diuti9 morās in vesica actiōe caloris decoquit̃: et liquidis oīb9 ptib9: cōsumptis et terrestrib9 pmanētib9 fit duricies: et petrificatio et arenaꝝ gñatio q̄ simul coadunate et annexe lapidē efficiūt: q̄ si fuerit in renib9 dolorē renū facit imoderatū ex distētiōe partiū et solutiōe continuitatꝫ. Adest etiā dormitatio pedis cū ipso rene colligātiā habētis: et īfrigidatio cōtingit: q2 spirit9 ppter emfrasiꝫ calculi nō pōt īpēdere bñficiū sue calefactiōis Cōprimūtur em̄ nerui: vñ aufert̃ aditus spirituū aīali: et ideo fit dormitatio pedū et in frigidatio. Adest etiā dolor illiac9: q2 cū itestina cōprimūtur ex cal culo exñte in renib9. et hoc ppter eoꝝ colligātiā: supfluitas prime digestiōis retinet̃ q̄ cū nō possit emitti redūdat ad yliō et inflat: et torquet ipꝫ: et idc fit dolor iliac9. Et si lapis

fuerit i vesica dolor est in pectore cū pruritu: cū difficultate mingēdi ꝛ cū ardore virge.qn̄ vrina mingitur:ꝛ cōstipatio igit̄ vētris fit ex cōpressiōe lōgaonis.¶Capitisq̧ doloreꝫ.Idest presentē vel futurū significat vrina karopos vel lactea ꝛ spissa in substātia.Si ergo vrina diu talis appareat significat dolorē presentē.Sed si de nouo apparere incipiat futurum dolorē significat:hoc aūt est in amphimerina cū flegma diu fuerit in corpore Calor em̄ qui iam diu egit in ipm̄ resoluit eius partes in fumositatē turbidā vaporosam que petēs cerebrum infert dolorē.Sed si flegma nouiter incipiat dn̄ari in corpore.calor agens in ipm̄ nōdū in fumositatē sufficit resoluere.Sed diutus agēdo resoluet.et ideo futurus dolor significat̄.Huiusmodi rl'e cōcordantiā habemus ab Ipo .in quarta particula āpho.iuxta finē.Quibus in febrib⁹ vrine cōturbate sunt velut subiugaliū hijs capitis dolores aut ad sunt aut aderūt.¶Flegmatis excessium vrina ergo alba vel lactea ꝛ spissa per totū cum inequali ꝛ impura substātia flegma naturale abundare significat sine febre.Alba est ꝓpter frigiditatē flegmatꝭ Natura em̄ frigiditati est dealbare:ꝛ q: flegma album est:ideo habet dealbificare.Spissa est ꝓpter humiditatem cui⁹ est inspissare.Inequalitas substātie significat ꝯturbationē fieri,incorpore.Impuritas subē significat defectū naturalis coloris nō valētis subam depurare. hoc ergo significat pricipaliter.¶Scdo vero significat dolorē capitꝭ ꝛ p̄cipue grauedinē occipicij vbi ē flegmatis sedes:vel sigt idigestionē ꝛ sigt lateꝶ iflationē:oris insipiditatē saliuaꝶ abūdātiā.sensus ebes:mot⁹ tard⁹ fit:pigricia somn⁹.ꝛ dolor capitis ei cōcomitātur:q̄ oīa habēt cōtingere ex resolutione grosse ꝛ crude materie: ex qua resolutiōe fumositas resoluta ꝛ'a d̄bili calore.nō cōsumpta ad diuersas ꝑtes corꝑis ꝑegrinās illas ꝑtes aggrauat ꝛ molestat:petēs em̄ cerebrū ex distētione mi

rigaꝝ cerebri dolorē facit ⁊ ad ipocūdria respirās īflatio
nē inducit. Et ascendēs ꝑ isofagū ad linguā ⁊ circa eam
inspissata insipiditatē facit ⁊ saliue abūdātiam. Et per
neruos diffusa sensum ⁊ volūtariū motū impedit. Huiꝰ
rl'e cōcordātia habet apud Theophilū in. c. de pingui
et alba vrina. Dicit nāqꝫ Thophilus talis cōplexio mon
strat crudū humorē plurimū abūdare in vasis. i. in venis
et differētias diuersi flegmatis attestari: vt est vitreum
falsum ⁊ sine qualitate. ¶ Mēbroꝝ reumata. Idest flu
xum humoꝝ ad aliquod mēbrū corporis sicut in aposte
matica collectiōe de frigidis humoribꝰ effecta. precipue
si fuerit granulosa. ¶ Fluxū. Sꝫ reumatis significat
lactea vel karopos ⁊ spissa: specifice si fuerit pauca ⁊ tur
bulēta cū resolutionibꝰ ob lōgis vl' rotūdis: precipue si
fuerit granulosa: ¶ Fluxū. Idest vētris solutionē signi
facit karopos vl' lactea ⁊ spissa: si fuerit pauca cū reso
lutionibꝰ lōgis ⁊ rotūdis. pauca est ꝑpter fluxū. quia
spūs et humores emittūtur a corde: q: calor debilitat in
epate ergo pauci generātur in humores: ⁊ ideo pauca est
vrina. Hoc enim dicit Ipo. vrina nocturna multū micta
paruū secessum significat: ⁊ multus secessus paucā vrinā
significat: Resolutiōes fiūt a flegmate descēdēte ꝑ stoma
cū ad intestina. Turbulēta aūt ex ꝑmixtione humorum
¶ Talis cōmixtio: Idest talis cōiunctio albi vel lactei
coloris conspissa sustātia. Soluit. Idest solui significat.
¶ Apostaseos. Idest materiā apostematice collectiōis
ex purgatiōe materiei q̄ cruda est si flegmatica: vn̄ vrina
discoloratur ⁊ īspissat Et īde habemꝰ cōcordātiā cū Ipo.
in fine quarte particule. inquit eñ quibꝰ spes est aposte
ma ad articulos cōuerti: exiēs ab apostemate vrina cras
sa ⁊ multa ⁊ alba facta velox in laboriosis febribꝰ ⁊c. Itē
apud Thophilū vrina pinguis et alba multa veniēs libe
rat egrū ab apostemate in articulis nato hijs qui dole
bant liberat eos etiā qui in egretudine laboriosa erāt ⁊

qui diu fuerant in egritudine pinguium humorum.

¶ Ostendit quattuor esse regiones in vrina.

Sepe fit vrine distans substantia. dispar.
Vultus: vt a medio vel somno discrepet imum.
Summa superficies: mediana: vle infima spissa.
Summa: vel mediam: vel partem concutit vnam.
Et similis simili seruit regio regioni.
In reliquis est consimilis ratio generalis.

¶ Expositio. Sepe fit vrine. Hic ostendit auctor in vrina quattuor esse regiones: que quattuor humani corporis regionibus correspõdent vnde notandũ est q vrine substantia multotiens discõuenit in seipsa: q2 aliqñ erit superius tenuis: inferius spissa: vel econuerso: et etiã color ei9 q2 in pte superiori erit alterius coloris q in parte media vel q in pte inferiori. Hic ergo notantur quattuor esse regiones in vrina que in humano corpore quattuor regionibus attestãtur. Circul9 enĩ ipsius vrine attestat supra mẽbro2 aĩato2 dispositionẽ: vt puta cerebri et miringa2 cerebri et triũ cellularũ. ¶ Scda regio vrine sc3 pars que est cõtigua circulo significat dispositionẽ mẽbro2 spũali um et egritudines eo2 sicut dicet in cõmẽto. ¶ Tertia regio vrine attestat supra dispositionẽ mẽbro2 nutritiuo2 sc3 epatis stomachi splenis et similiũ. ¶ Quarta regio sc3 fundus attestatur supra dispositionẽ mẽbro2 inferiorum que regio si in se contineat sedimen arenosum humores significat cõglobatos: et molestationem significat generatiuorum mẽbrorum: et egritudines eorũ sicut incõmento valde bene dicit. ¶ Cõmentũ. Sepe fit vrine rc. Notãdumq quattuor sunt regiones humani corporis: et prima est aĩatorum mẽbrorũ. sicut cerebri et miringarum. et trium cellularum ipsius: et durat ista regio ab epigloti superius Epiglotũ est mẽbru3 qd iacet supra tracheã arteriam. et dicit ab epi quod est supra. et glaucio

qđ est mēbrū: super euglosuma.i.ysofagū. ❡ Secūda regio ē spūaliū & cōtinet cor & epar & tracheā arteriā & fistulas pulmonis: & durat ab epigloto inferi⁹ vsq₃ ad dyafragma. ❡ Tertia regio est nutritiuoꝝ mēbroꝝ et cōprehēdit stomachū: splenē: epar: & itestina: & kistim fellis & durat a dyafragmate vsq₃ ad lūbos & renes. ❡ Quarta regio ē generatiuoꝝ membroꝝ q̄ cōprehēdit lūbos renes & vesicā & didimos & matricē & testiculos matricis & vuluā & duos testiculos & virgā virilē: & oīa q̄ ꝯtinētur a renib⁹ infra. Quattuor sunt regiōes humani corpis q̄bus cōfirmātur.iiij.regiones vrine.pma quarū est circulus: cui deseruit dispositio animatoꝝ mēbroꝝ secūda ē corp⁹ ae reū vel supficies q̄ ē in supiori parte cōtingua circulo: & deseruit ei dispositio membroꝝ spūalium. & spissa est & magis turbulēta & attestat̄ male humiditati spūaliū mēbrorū: maxime si circul⁹ fuerit grānulosus q̄ significat dispniā & asma aut aliquā colectionē materiei supflue circa spūalia. vnde adest angustia anhelādi: & strictura pectoris. & q: spūalia mēbra sunt aerea emittūt aerē & inspirāt. Tertia regio dicit̄ pforatiua q: pforatis mēbris attestatur.i.stomacho epati & alijs nutritiuis q̄ si nebulositatē in se habēt vel spissitudinē: denūciat impedimētū nutritiuoꝝ ex supfluis humorib⁹: sicut dolorē vētris & inflationē rugitū et indigestionē: fastidiū & cetera accidentia q̄ stomachi rep letiones cōcomitātur. Quarta regio est fund⁹ & in fine partis vrine q̄ sedimen arenosum in se continet & humores conglobatos: & significat molestationem generatiuoꝝ: sicut nefresim: lithiasim stranguriam & renum lumboꝝ dolores: & partiū adiacentiū grauedinem ❡ Distās substantia. Id est dissona & inequalis quantū ad eandē vrinam: vt eadem in parte superiori appareat spissa: vel in medio vel in inferiori ceteris partib⁹ in tenuitate permanentibus: vel econtra. Suprema regio significatur molestari sicut singulis singula reddantur: similis regio

vrine simili regioni corporis attestatur. In reliquis col lectionibus ratio genaralis est: vt si in pte superiori sit spissa vel media vel iferiori suprema regio corporis media vel infima molestari significat.

¶ De pallido colore vel subpallido et subcitrino.

Pallida cum pingui vel subcitrina liquore.
Flegmatice mōstrat periodica frigora febris.
Pallida cum tenui colorā declarat adustam.
Pallida subtenuis exacri flegmate febrem.
Pallida cui spissum mediocriter associatur.
Flegmatice craseosinterpres fida probatur.

¶ Expositio. Pallida cū pingui. ¶ Post pcedētesco lores 9nter agit autor hic de colore pallido: subpallido: subcitrino cū spissa substātia tenui vl' mediocri. Regula est Urina in colore pallida vel subpallida vl' subcitrina: in suba. per totū spissa significat febrē interpollatā: ex flegmate naturali. s. quottidiana. ¶ Pallida cū tenui. Secūda rl'a ē. Urina in colore pallida: vl' subpallida ī substā tia tenuis. sigt 9niū colere aduste: et melācolie ī naturalis sime febre. ¶ Pallida subtenuis. Tertia regula. Urina in colore pallida vel subpallida tenuis mediocriter ī sub stātia: quottidianā sigt de flegmate acetoso et indigesto Pallida cui spissum. Quarta regula. Urina ī colore pal lida vel subpallida. in suba mediocriter spissa flegmaticū sanum significat. ¶ Commentū. Pallida cum pingui Post al. colorē lacteum et glaucū et karopos subiūgit capitulū de pallido colore. Et etiā per pallidū colorē cō prehēdimus in ipsum pallidū et subpallidū colorem sm coniugationē spisse substantie: et tenuis et mediocriter tenuis quos sic debes colligere. Urina pallida vel subpallida vl' subcitrina: pallori vicina: in substantia per totum spissa: significat quottidianam de flegmate naturali. ¶ Remissa est in calore propter flegmatis frigiditatē

Spissa vero pp̄ter humiditatē humoris flegmatici. Alia regula. Urina pallida vel subpallida in colore et in substā tia tenuis significat dominiū colore adustе ꝛ melācolie in naturalis sine febre. ¶ Alia regula. Urina pallida in colore ꝛ subpallida i substātia mediocriter tenuis significat quottidianā de flegmate accetoso indigesto: mediocri di co tendente ad digestionē. Dis nāq̄ materia in sui dige stione inspissat vrinā preter flegma vitreū qđ ex sua dige stiōe eā attenuat. ¶ Periodica frigora. idest circulares reuolutiones vel accessiōes: q̄ a frigore. p̄ueniūt. ¶ Fle gmate febrē Idest quottidianā de flegmate naturali. ¶ Sub tenuis. Idest remissa tenuitate vt notet diminu tionē. ¶ Pallida cui spissum. Alia ponit̄ regula de pal lido colore vel subpallido. Urina in colore pallida vel sub pallida: in substantia mediocriter spissa sanū flegmaticuꝫ significat ꝛ cetera huiusmodi.

¶ De colore subpallido sequētе albū vel lacteuꝫ vel glaucum vel karopos.

Si male disposito precedat corpore glauca.
Lactea vel karopos ꝛ pallida post videatur.
Signo palloris vires natura resumit.
Et redit ad p̄priū vis digestiua tenorem.
In febre continua lenta: subpallida clara.
Pōdus apostaseos in dextra parte futurū.
Indicat affectu cōstāte vigore vigente.
Si fluor absentet ventris aut viscera temptat:
Pallida spumosa pinguis liuens cinerosa.
Paucula fit pestis ptisice nō absona testis.
Si fluor accedit mors intrat vita recedit.
Crudor ꝛ emfrasis fluxus consumptio paucam.
Indicat vrinā ratio contraria multam.

¶ Expositio. Si male dispositā &c. Alia r̄la. Preceden
te vrina alba in colore lactea glauca vel karopos: & vrina
pallida in colore subsequat̄ fortificationē caloris natura-
lis significat. Et q̄ ip̄a natura corporis resumit vires su
as. In febre cōtinua. Regula scd̄a. Urina pallida vl' sub
pallida in colore: in substātia tenuis & clara in febre accu-
ta apparēs: cū bonis signis significat apostema futurū
sub diafragmate in parte dextra. Si aūt talis vrina ap-
pareat malis cōcurrentib⁹ signis: mortis periculū mina
retur. ¶ Si fluor absentet. Tertia r̄la. Urina pallida vel
subpallida in colore: spumosa superius cū quadā liuidita
te oleagina subcitrina: in q̄titate pauca: solutiōe ventris
circunscripta ptisim siḡt. Si vero tali vrina in ptisi ex̄nte
superueniat fluxus mortale est ſm Ypo. quinto ampho-
rismorum. A ptisi habito diaria superueniēs mortale est.
¶ Crudor & emfrasis. In hoc loco assignat auctor quat
tuor causas paucitatis vrine. Et prima est cruditas ma-
terie. Scd̄a opilatio meatuū vt in strāguria. Tertia flux⁹
ventris. Quarta est ↄsumptio sabstātialis humiditatis.
Et cause istis contraria faciūt magnā vrine q̄titatem: vt
bona digestio: meatuū apertio: ventris cōstipatio: & cali-
ditas tēporata nō cōsumēs substātialē humiditatē. Oīa
em̄ ista faciūt ad multiplicationem vrine. ¶ Cōmentū.
Si male. Alia regula de pallido colore que assignatur
ſm collationem pallide vrine ad glaucā vrinā alba lactea
vel karopos precedēte. Sunt em̄ quedam iudicia simpli
cia quibus quādoq̄ iudicatur de vrina absolute ſm sub-
stantiā et colorem: non habendo respectū ad statū prece-
dentem: vel ad cōsiderationem aliarum circunstantiarū.
Sunt etiam quedam iudicia electiua, quādo habetur re-
spectus precedentis status: vel complexionis vel eta-
tis: vel aliorum similium. Hic ponitur iudicium colla-
tionis: quia si corpore aliquo existente distemperato
in frigiditate: vrina appareat lactea alba vel glauca:

et post modicū tempus appareat pallida significat calo rem naturalē resumere vires: vt fiat transitus de indigestione ad principiū digestionis: Et de frigiditate ad con fortationē caloris naturalis Naturalis em̄ calor resumit vires suas vel videtur resumere vires: vel significat resumere eas. ¶ In febre cōtinua. In hoc ca. Alia ratio vel regula assignat de pallido vel subpallido colore: quare sic collige. Urina pallida vel subpallida in colore: in substantia tenuis: clara: in febre accuta de flegmate vitreo alijs bonis signis cōcurrētibus significat apostema futurum sub diafragmate. ꝙ vrina sit pallida: cōtingit ꝑpter frigiditatē materiei. ꝙ autē sit tenuis ⁊ clara: cōtingit ꝑpter cōpactionē ⁊ cruditatē materie: ex quib⁹ morb⁹ prolixat Natura igit plixitate morbi aggrauata ⁊ stimulata non potest cōuenietē ⁊ absolutā crisiȝ eligere: vt purget materiā per fluxū sanguinis a narib⁹: vel per sudorē vel per fluxū ventris: vel per quācunq̧ aliā purgationē competētem: facit ergo qd pōt tanq̄ fatigata. Sed si debilis esset natura: nec adsint aliqua bona signa nūcia: vt si alba appareat: vel virtus esset debilis: tūc morteȝ minaret. Sed quādo sunt signa boni nuncia: sicut bonus appetitus: et robur virtutis: et fortitudo mentis: et respiratio facilis: presumendū est ꝙ in tali casu per talē vrinam qd debeat fieri determinatio per apostema sub diafragmate. Natura nanq̧ licet sit fatigata: ⁊ materia sit cruda, inquātū potest ad se ⁊c. ¶ Deliberandū nititur. Transmittit ergo materiā de nobilioribus mēbris ad minus nobilia: de principalib⁹ ad minus principalia: scȝ ad dextrū ipocundriū et ad ideȝ precipue: q̄r ꝑpter presentiā epatis qd est membrū calidū: ⁊ ꝑpter loci vacuitatē viget ibi virtus attractiua. ¶ Pondus apostaseos. Idest apostematicaȝ collectionē de graui et ponderoso humore. ¶ In dextera parte. Idest in dextro ipocundrio sub diafragmate. Hec regula elicita est ab Ipocrate in pronosticis circa

ca finem partis prime. Ubi dicit: accuta existēte passiōe collectio si fuerit in ipocūdrijs ꝛc. ¶ Affectu cōstante. Idest bono appetitu cū alijs bonis signis. ¶ Cōstante vigore. Idest vigoroso permanēte. ¶ Si fluor absentet. Alia regula dat de pallido colore: per quē significatur ptisis. Regula sic colligēda est. Urina pallida vel subpallida in colore spumosa superius cū quadā liuiditate oleagina: subcitrina: in q̄titate pauca: solutiōe circunscripta: ptisim declara ꝙ si in ptisi tali existēte vrina: superueniat fluxus vētris mortale est iuxta āphorismum Ipocratis qui ait in quinta particula amphorismoꝝ: scꝫ principium prope a ptisi habito diaria superueniēs mortale est. ¶ Absentet. Qz talis fluxus vētris ex humoꝝ pturbatione et pauca humiditate redūdante ad epar posset apparere: et ideo excludimus fluxū vētris ad certitudinē specificationis. ¶ Pallida. Naturali calore debilitato circa nutritiua: q̄ spūalibus cōpatiuntur ¶ Spumosa. Ex compressione vel ꝯpassione pulmonis: in quo triplex est causa spumositatis. s. impetus motionis: pn̄tia siue violentia ebullitionis: pn̄tia ventositatis. ¶ Pinguis. Idest oleagine ꝛ magis in principio ex pinguedinis resolutiōe ¶ Liueus. Ex infectione spirituū ꝛ puluerulenta ꝛ spumosa materia q̄ per venā concauā redundās ad epar sanguinē inficit: ꝛ spm̄ ꝛ sanguinē corrūpit. ¶ Cinerosa. Ex partibus pulmōis resoluta puluis em̄ est subcinerei coloris. ¶ Paucula. Ex ꝯsumptiōe humorꝫ. ¶ Pestis ptisice. Idest pestis que corp⁹ depascit. ¶ Fluor. Idest fluxus ventris. ¶ Mors intrat. Idest multiplicata cō sumptione. ¶ Crudor. In predictis capitulis frequenter fuit posita doctrina de paucitate vrine: et ideo i hoc. c. causas paucitatis vrine auctor assignat que sunt quattuor. Prima causa scilicet cruditas materie: vt in principio amphimerine. Secunda causa. ¶ Emfrasis. Idest opilatio meatū: vt in stranguria litteriasis. Tertia causa

est fluxus ventris:vt in desinteria in qua egestio mltipli-
catur:⁊ vrina paucificatur.Quarta causa est consumptio
mēbroꝝ:vt in ptisi.Humiditas nāq̄ q̄ expelli dꝫ in multi
plicatiōe vrine a violentia caloris depascit ⁊ annihilat:qđ
maxime est signū in febre acuta mortale.Ex contrarijs si
gnis vrina multiplicat.s.ex digestione materiei:vt in solu
tione amphimerine.tūc em̄ vrina alba ⁊ tenuis ⁊ multa
debet occurrere.Itē ex emphrasi remota:vel vigore na-
ture:et medicaminibꝰ diureticis multiplicat.Itē ex vē-
tris cōstipatione virtute attractiua vigente in epate:vt
in habētibus calidū epar ⁊ siccū multa est vrina:⁊ etiā in
dyabeticis.Simil'r ꝓpter multā attractionē succositatꝫ
ex crapula vel ex refectiōe copiosa multiplicat vrina:⁊ in
potātibus diuretica:⁊ ca comedētibus multiplicat vrina
Item multiplicat etiā vrina ex septē causis. ¶ Prima
ex multiplicatione cibi ⁊ negligētia exercitij. ¶ Scđa est
multitudo humoꝝ non coctoꝝ:ex quibus mlta resoluit
vrina. ¶ Tertia est sup̄fluitas cretica. ¶ Quarta est con
sumptio totiꝰ corporis.Vn̄ corporis humiditate aliq̄ta
a corpore multiplicatur vrina:vt in ethica. ¶ Quinta est
dyabetes. ¶ Sexta est visus diureticoꝝ. ¶ Septima est
paucitas egestionū:et aliaꝝ sup̄fluitatū. ¶ Pauca simi
liter fit ex.vij.causis.Prima est paucitas ciboꝝ ⁊ nimiuꝫ
exercitiū.Scđa opilatio meatuū.Tertia acumē humorū
cū vrina vn̄ vesica pūgitur ⁊ se exonerare nititur.Quarta
est mortificatio vesice:⁊ expulsionis defectꝰ:vn̄ vesica nō
vꝫ in attrahendo neq̄ vꝫ in emittēdo.Quīta ē palepsim
vesice:vt in senibꝰ vel pinguibus ⁊ flegmaticis dispositis
ad palesim.Nerui em̄ a mlta humiditate remolliti non
p̄nt vrinā ꝯtinere:donec colata sit:sꝫ paulatim educitur.
Sexta est calor īmoderatꝰ:interiꝰ in venis cōsumēs hu-
miditatē corp̄is vt in acutis.Septima est mltitudo ege
stionū:⁊ aliaꝝ sup̄fluitatū: vt fluxꝰ vētris ⁊ sudor.nimiꝰ.
¶ Crudor.Idest cruditas materiei. ¶ Emfrasis. Id

est opilatio. ¶ Fluxus ventris. Id est solutio ex ꝯsumptione mēbroꝝ vt in ptisicis: ⁊ hoc est qđ dicit auctor.

¶ De colore citrino.

Est multis tenui citrina referta figuris.
Flegmaticū iuuenē: vel quē niger afficit humor.
Condēnat triteo: duplici senis impedit annos.
Cōtinua puerū: iuuenē cui fel dominatur.
Portendit sanū proprio caractere signat.
Talem constituit quartana planetica febris.
Autūno potius: ⁊ subrumalibus horis
Thoracis: splenis: epatis delicta fatetur.
Pectoris offensam se iunctis obsita granis.
Splenem: si multis radijs virgata coruscant.
Siccū demōstrat eparicū largo fusa liquore.
In febre cōtinua sub morbi lumine talis
Prolixādo malū fert detrimenta vigoris.
In medio frenesim mōstrat: sub fine duelli.
Designat cretice firmari federa pacis.
Flegmatis ⁊ colere quē cōficit vnio reddit.
Citrinam tenuē citri conterminus humor.
Plus tenuē crudus: tenuē qꝫ minus resolutus.
Intensam cum febre magis sine febre remissam

¶ Expositio. Est multꝫ tenuis. ¶ Postq̄ determiatū ē de colore pallido. Hic agit auctor. de colore citrio⁊ sub citrino ꝓm copulationem cū tenni suba ⁊ mediocri. vnde vrina in colore citrina vel subcitrina cū tenui suba vel mediocri multa pōt significare. Et hoc ꝓm diuersitatē etatū: complonū ⁊ sexuū diuersa: ⁊ diuersa habet significare. Vn̄ vrina talis apparens i iuuene flegmatico vel mlīco simplicē sigt tertianā. ¶ Duplici. Scđa rl̄a eadē vrina apparēs i sene tertianā duplicē sigt. ¶ Cōtinua puerū.

Tertia regula eadē vrina.s.citrina tenuis apparēs ī puero sig̃t ꝯtinuam.puer intelligit hic vsq3 ad.xiiij.annos
¶ Juuenē cui semel.Quarta regula p̄dicta vrina in iuuene colerico apparente cū pura ꝛ equali substātia potes sanū colericū iudicare.¶ Talē cōstituit.Quīta regula eadē vrina apparēte ꝛ p̄cedēte:ꝛ p̄cipue in tp̄e autūnali vel hyemali ꝛ sup̄ longo tp̄e q̃rtanā erraticā iudicabis vnde sciēdū ꝙ talis vrina apparet in die post accessionē:qꝛ quāuis de melācolia naturali debeat apparere discolorata:tn̄ qꝛ febrilis calliditas accensa fui in materia:colorē recipit ꝛ sic app̄et citrina vel subcitrina.¶ Toracis.Jsta eadē vrina significat vitiū pectoris splenis ꝛ epatis ꝛ sic distingue.Pectoris:qꝛ vrina fit citrina cū tenui substātia. Sed magis tenuis in sup̄iori regione:ꝛ maxime cū granis ꝛ ampullulis:apparēte indicat super pectoris vitiū:ꝛ stricturā ratio huiꝰ sufficiēter tradit ī cōmēto.¶ Splenis.Eadē etiā citrina vel subcitrina ī calore:tenuis ī substātia ꝛ multū clara radiosa vel virgulata spleneticā significat passionē.Jsta etiā vrina pōt significare emoroidaꝫ passionem.¶ Sicut monstrat.Vrina citrina et tenuis multa in quātitate cum macilentia corporis ac siccitate:ꝛ ventris constipatione:tunc epar distēperatū in siccitate indicabit:ratio huius vero sufficiēter traditur in commento.¶ Jn febre.Alia regula vrina eadem citrina ꝛ tenuis:apparens in febre ꝯtinua ꝛ acuta.Et hoc in principio:significat materie cruditatem:ꝛ sic morbi longitudinem.Et ideo timēdū est merito de virtute ne deficiat
¶ Jn medio.Tali etiam vrina si appareat in febre continua ꝛ acuta in medio.s.egritudinis et precesserit vrina rubea vel subrubea nec facta sit aliqua purgatio creticā supra frenesim ex raptu materie superiꝰ ad cerebrum iudicabis.Sed si facta fuerit aliqua purgatio cretica ꝛ talis appareat tunc supra alleuiationem infirmi ꝛ eius cōualescētia ab egritudine iudicabis.¶ Flegmatis et

colere. Regula vrina citrina cum tenui substātia coleram citrinā significat abūdare. ¶ Notādū est φ colera citrina generatur ex cōmixtione colere rubee ꝛ flegmatis naturalis. vñ ex albedine ipsius flegmatis rubedo colere remittiꝶ: ꝛ sic efficiꝶ coloꝛ citrinꝰ ꝛ ex spissitudine ipsiꝰ flegmatis colere tenuitas remittiꝶ: ꝛ sic generaꝶ colera citrina vt dictū est: ꝛ ex admixtione istiꝰ colere citrine in vrina redditur minꝰ coloꝛata ꝛ minꝰ tenuis ꝙ ex admixtiōe colere rubee naturalis. ¶ Plus tenuē. Ista colera citrina aut est digesta aut īdigesta. Si digesta tunc reddit vrinā minus tenuē: qꝛ sui digestione vrina aliqualiter inspissaꝶ. Si vo illa colera citrina sint indigesta tunc reddit vrinaꝫ magis tenuē qꝛ ꝓpter sui indigestionē nō resoluiꝶ aliqs humoꝛ grossius cū vrina qui ipsaꝫ vrinā posset inspissare vel reddere magis spissam. ¶ Intensaꝫ. Si illa colera citrina accedātur ꝛ inflāmētur caliditate febꝛibili tūc ipsa vrina magis intēdiꝶ in coloꝛe. Si vo sine febꝛe vrina remittiꝶ. Et illa sufficiāt de illo coloꝛe citrino. ¶ Talē ꝯstituit. Nota φ si vrina citrina apparuerit in autunno qñ bꝛuine cadūt talis pōt significare quartanā ꝛ hoc dico erraticā ꝛ dꝛ planetica qꝛ tenet modū quoꝛūdā planetarū sicut martꝭ: mercuriꝭ: iouis. veneris ꝛ saturni. ¶ In febꝛe ꝯtinua. Nota φ talis vrina. s. citrina ꝛ tenuis apparens in pꝛincipio ꝯtinue fe. significat longitudinē egritudinis q̄ terminabiꝶ ad moꝛtē. Si aūt appareat in medio siue i statu egritudinis significat raptū materiei ad freneßꝫ faciēdā. In fine aūt egritudinis apparēs bonā determinationē ipsius egritudinis significat. s. sanitatē. ¶ Cōmētū. Est multis tenuis. ¶ Post pallidū coloꝛeꝫ agit auctoꝛ d̄ citrino vel subcitrino ꝫꝫ ꝯiugationē eiꝰ cū tenui substātia ꝛ etiā cū mediocritate tenui. Urina citrina in coloꝛe tenuis in suba per totū ad diuersa equiuocaꝶ ꝛ signa per diuersitatē ꝯplōnū sexuu ꝛ etatem aliud ꝛ aliud hꝫ significare. Nā i iuuene flegmatico si talis appareat signi

ficat tertianā simplicē nō enī est accōmoda flegmatice cō
plexioni cū in flegmatico sano debeat esse pallida vel sub
pallida cū pura ꝛ equali suba ꝛ mediocri. Qd ergo appa
reat citrina ꝯtra legē cōplexionis significat excessum ca
loris ꝛ colericā accēsionē. Nā si flegma accēderet vtq̄ face
ret febrē subaȝ inspissaret ꝛ colorē remitteret. Si melīa
esset in ea quāuis subaȝ attenuaret colorē tū nō itēderet
Si vo esset in ea sanguis subaȝ inspissaret ꝛ talis color in
tēsior esset. Sequitur ergo ꝙ talis vrina alijs circūstātijs
circūscriptis in flegmatico corpe ꝛ in melācolico significat
tertianā simplicē. In sene aūt talis apparēs significat du
plicē tertianā ꝛ maxime in flegmatico vl' melācolico qꝛ tūc
ex etate tū ex cōplōne magis distat ab eius natura. Et
ideo distēperātiā maiorē portēdit cū in sene flegmatico
vel melācolico debeat esse alba vel lactea ppter defectuȝ
naturalis caloris. Si vo i puero talis appareat vsq̄ ad.
xiiij. annos febrē in eo significat cōtinuā: licet enī in pue
ris debet eē colorata ꝛ spissa ex etate: tamē qꝛ meat⁹ sūt
angusti nō possunt sic humores emitti quoꝝ admixtione
cū vrina fit coloratio ꝛ cui⁹ inspissatio remanet ergo di
scolorata: q̄re parū colerata in puero maius sigt malū ꝙ
multū colorata in iuuene. Est etiā discolorata in pueris
ppter inordinatā dietā ciboꝝ ꝛ potuū susceptionē ꝛ pro
pter gulositatē. Itē vrina citrina ꝛ tenuis cū pura ꝛ equa
li suba sanū significat colericū. Eadem longo tpe pcedē
te ꝛ maxime autunno vel hyeme designat erraticā vl' q̄r
tanā ꝛ talis apparet post diem accēssionis. licet enim de
melācolia naturali debeat esse discolorata. Tamen ex fe
brili distemperantia accensa materia occurrit citrina vel
subcitrina. Item vrina citrina cum tenui substantia ma
gis tenuis in supiori pte ꝛ precipue cum ampulis et gra
nis significat vitiū thoracis ꝛ pectoris stricturā ꝛ quan
daȝ p̄parationem ad ptisim. Phisicā seu theoricā sit col
lige. s. ꝙ sit tenuis cum tali colore non ex caliditate: quia

calor intensior esset si se distēperātia caliditatia ingere-
ret. Nō est tenuis ex frigiditate: q2 intensio frigiditatis
eā potius dealbaret humiditas nō reddit eā tenuē: q2 po-
tius inspissaret. Fit ergo tenuis ex siccitate. Unde distē-
perātia siccitatis insinuat in corpe: et maxime q2 circa pe-
ctus et thoracē mēbra sunt sicca et ossuosa: et ideo aduenie-
te distēperātia simili maxime ledunt sicut ex 2rijs iuuāt
Qd aūt sit magis tenuis superius inde maior desiccatio
circa thoracē ostendit. q si ampulosa appareat et granu-
losa: thoracē ex angustia et siccitate magis affligi signifi
cat. Itē citrina vel succitrina in colore: in suba tenuis lim
pida multū et clara. Si fuerit q̄si virgulata et fenestrata
splenetica passionē significat. vnde illa virgulatio fit: su
perius dictū est Talis etiā vrina pōt significare vitiū cōdi
lomatū et emoroidaz. Itez vrina citrina et tenuis multa
in cantitate cū siti et maxilātia corpis: et ɔstipationē ven-
tris significat distēperātiā epatis in siccitate. Epar nan-
q3 siccū multū attrahit de succositate ab intestinis. vnde
vrina multiplicabit. dolor adest in dextro ypocūdrio: et
videtur patienti q q̄si quedā flegma ad guttur suū ascen
dat ex calido et fumo superius respirāte. Itē vrina cirina
et tenuis in fe. accuta in principio apparēs significat cru-
ditatez materiei: ex cruditate ɔplixitatē morbi. Et ex pli-
xitate defectū virtutis minat. vnde timendū est ne natu-
ra deficiat in via. Si vero in medio morbi et in statu talis
vrina appareat p̄cedēte rubea vel subrubea nō facta aliq̄
purgatione cretica frenesim significat ex raptu materiei
ad cerebrum. Sed si precedente cretica determinatio-
ne vrina citrina et tenuis appareat tunc alleuiationem
patientis significat: et conualescentiam infirmi: et de
clinationem morbi. Littera plana est. ¶ Figuris Id
est significationibus. ¶ Niger humor. Idest melan
colia. ¶ Triteo. Idest tertiana simplici. ¶ Duplici
¶ Scilicet tertiana. ¶ Impedit. Idest inuadit.

¶ Fel. Id est colerā. ¶ Karactere. Id est dispositione. ¶ Quartana. Idest de melācolia naturali post diē accessionis. ¶ Planetica. Idest erratica. ¶ Autūno ꝛc. In quibus frigidi humores impetū faciūt. ¶ Limine. Idest in principio in medio ꝛ in statu. ¶ Sub fine duelli Idest crisi celebrata. ¶ Flegmatis ꝛ colere. Alia rl'a proponitur de vrina citrina cum tenui suba: scꝫ q: talis vrina sigt colerā abūdare citrinā q̄ gn̄at ex cōmixtiōe rubee ꝛ colere et flegmatis naturalis: frigiditate et humiditate flegmatꝭ remittit calor colere ꝛ siccitas. Spissitudie flantis remittitur colere tenuitas Albedo flegmatis rub orē colere remittit: ꝛ ita fit colera citrina: ex qua redditur vrina minus colerata ꝛ tenuis ꝙ ex colera rubea naturali. Sed colera citrina: alia est degesta: alia est indigesta. Ex colera citrina indigesta vrina redditur subcitrina ꝛ multum tenuis. Et hoc ideo q: cū sui indigestione repugnat nature expellēti nō emittitur aliquis grossus humor cuꝫ vrina: cuius admixtione vrina possit inspissari. Ex colera citrina digesta fit vrina subcitrina ꝛ mediocriter tenuis: quia cum colera citrina digesta non repugnet expulsioni tunc aliquis grossus humor cum vrina emittitur vnde a tenuitate immittitur. Si vero accendat colera citrina cū distēperantia febrili: tunc vrinā reddit magis intēsam in citrinitate. Sine febre ℞o reddit eā remissiorē. Colera vitelina disponit vrinā remissiorē ꝙ colera citrina ꝛ minus tenuē: q: fit ex cōmixtiōe vitrei flegmatis ꝛ colere rubee. Que ℞o accn̄tia sequāt ex colera citrina ꝛ vel vitelina ex alijs humoribus in libro nr̄o de sinthomatibus dicetur. ¶ Humor citri cōtermin⁹. Idest qui assimulat malo citrino in colore. ¶ Unio flegmatis ꝛ colere. Idest cōmixtio. ¶ Cōficit. Idest ꝯstituit talē humorē. ¶ Reddit. s. vrinā citrinā in colore ꝛ tenuē in suba. Sed distingue: q: crudus. i. qn̄ est indigestus reddit eam plus tenuē: quia magis resistit expulsioni. ¶ Resolutus. Idest dige-

stus reddit eã minus tenuẽ: q2 idẽ resoluit̃ ꝛ pu̅rgat̃ cu̅ vri
na ꝛ cu̅ febre: q2 tu̅c materia incenditur sine febre: q2 febri
li accessione remota calor materie antecedens lẽtescit.

¶ De russo colore et subrusso.

In russum vergens puri color emulus auri.
Equalis. purus. medius. cui se liquor vnit.
Corpus eucratici validos denũciat actus.
In puero. iuuene. sene. flegmatico. muliere.
Russa manẽs tenuis notat hec incõmoda febris.
Cõtinuã. triteum. duplicẽ. Sed tpe longo.
Epatis offensam. vel febrem quatriduanam.

¶ Expositio. In russum. Determinato de calore ci-
trino et subcitrino: consequẽter agit hic de colore russo
et subrusso: scz in similitudinez auri puri. Regula. Vri-
na russa vel subrussa in colore cum pura et equali ꝛ medio
cri substãtia: corpus eucraticũ significat. i. in optimiate
complexionis: ꝛ hoc habet̃ a Gal. in principio de crisi.
in capi. de vrina. Ratio huius est: quia cuz corpus eucrati
cum sit intemperamento vrina exis in temperato habet
ipsi attestari: q2 color russus medius inter colores signifi
cantes excessum in frigiditate et excessum in caliditate.
Et etiam substãtia vrine media est inter tenuitatẽ ꝛ spissi
tudinez. ꝛ ita significatur tẽperamentuz in siccitate ꝛ hu
miditate. Et ista est sentẽtia triũ prioꝝ v̈suũ. ¶ In pue
ro. Alia regula de russo colore cũ substãtia tenui ꝛ habet
tria membra ꝛ sunt ista. Quotiẽscũqꝫ videbis talem vri-
nam russam vel subrussam in colore: ꝛ tenuem in suba in
puero iudica febrem continuã: in iuuene iudica simplicez
tertianã: in sene ꝛ flegmatico et muliere iudica duplicem
tertianã. ¶ Sz tempore longo. Idest si talis vrina appa
ret longo tẽpore precedẽte: nec ad sit fe. calefactionẽ epa
tis iudicabis. Sed si sit febris tunc illa febris est quar-
tana: et maxime in autunno ꝛ hyeme. ¶ Cõmentũ. In

ruffum vergens. Post citrinũ colorẽ agit auctor de ruf-
fo colore. ⁊ subruffo ſm cõiugationẽ tenuis substantie et
spisse: vel mediocriter tenuis vel mediocriter spisse. Et
primo ostẽdit que sit vrina eucratici corporis: ⁊ eucratici
coloris vrina nãqꝫ ruffa vel subruffa in colore puri ⁊ equa
li ⁊ mediocris in substantia: corpus eucraticũ sigt. Desi-
gnat nãqꝫ temperantia humorꝝ ⁊ equalitatẽ. Et talis co
lor fit ꝓpter tẽperantiã caliditatis ⁊ frigiditatis ⁊ talis
sub̃a fit ꝓpter tẽperãtiã siccitatis ⁊ humiditatis. Vel ali
ter ex calidis humoribus vrina fit colorata: ex frigidis di
scolorata: ergo ex temperantia eorꝝ ex equali cõueniẽtia
nec colorata nec discolorata apparet: sed potius ruffa cũ
quadã rutilãtia ⁊ claritate: tanq̃ aurũ eurizon qui color
equaliter distat ab extremis. Et sicut est mediꝰ ita ⁊ me-
diocritatẽ designat. Ex siccis humoribus vrina attenua-
tur: et ex humidis inspissatur: ergo ex equali cõueniẽtia
et cõcursu eorꝝ fit vrina in sub̃a mediocris: vt magis ver-
gat in tenuitatẽ q̃ in spissitudinẽ. Equalitas sub̃e nullã
significat in corpore fieri perturbationem. Nam quibus
vrine distantes sunt hijs humorum in corpore fit pertur-
batio. Puritas sub̃e qñ scꝫ non est obscura nec obũbrata
nec feculenta significat naturalis caloris fortitudinem va
lentis humorem deputare ꝙ si ruffa sit in colore ⁊ medio
criter spissa cum pura et equali sub̃a sanum significat. san
guinem ⁊ temperantiã humorꝝ significat. Sed inequali-
tatem humorum: qꝛ significat dominiũ sanguinis. ¶ Co
los vrine vergẽs in ruffum. Idest expresse ruffus vel emu
lus ruffedini. ¶ Puri auri. Id est similis puri auri. i. eu
rizon. ⁊ dicitur eurizon ab eu quod est bonum et rizon
quod est aurum: inde eurizon idest bonũ aurũ: qꝛ auro bo
ne radicis assimulatur: non auro alezca vel aluea veniẽte
quod est pallidũ. ¶ Cui. Idest colori p̃dicto. ¶ Se vnit
Idest copulat ⁊ associat. ¶ Liquor. Idest sub̃a. ¶ Eq̃li
scꝫ sine aliqua perturbatione ⁊ nõ est distãs ſm om̃s sui

partes. ¶ Purus. Ab oi nebulositate. ¶ Medi9. Id est mediocris inter extremitates. ¶ Talis inq̄.s. colo2. ¶ Denūciat. Id est exprimit. ¶ Ualidos. act9. Idest perfectā operationē virtutū ex tēperātia ꝛ equalitate hu moꝝ corporis precedente: nō cuiuslibet: s3 eucratici bene tēperati. In puero iuuene. ꝛc. Alia ponitur regula de ruf fo colore cū tenui substātia: q2 in puero significat fe. cōti nua significat i iuuene. ¶ Triteū. Tertianā simplicē. S3 in sene flegmatico ꝛ muliere significat duplicē tertianā. ¶ Tempore longo. Precedēte febre circunscripta signi ficat offensionem epatis. i. calefactionē. ¶ Febrē quatri duanā. Idest quartanā notā significat. si diu talis vrina su pradicta appareat cu3 febre: ꝛ hoc scilicet maxime habet veritatem in autunno ꝛ in hyeme. Rationes vero ho rum accidentium causa breuitatis pertransimus: quia in capitulo de colore citrino de hijs sufficienter expla nauimus ꝛc.

¶ Alia regula de colore ruffo.

Principio cause dum sunt noua semina morbi
Ruffa parū tenuis: cuius summā regionem.
Nubes rara tenet motu generata caloris.
De salso tipicā succēdit flegmate febrē.
Sed triteum morbo iam procedente figurat.
Spissa paru3 iā nō triteū: magis inductiosam.
Indica ex salso: vel dulcis flegmate febrem.
Flegmatis at salsi mordax exuberat humor.
Et sine febre furēs enormes excitat actus.
Extremas pungens feruoris: acumine partes.
Si subruffa parū tenuis nec nubila fiat.
Et talem seruet constanti tempore formam.
Idropico talis portenditur exitialis.

¶ Expositio. Pricipio cause. ¶ Hic dat alia rl'a de colore ruffo cum suba mediocriter tenui: et est. s. vrina ruffa in colore et mediocriter tenui in suba in pricipio passiois nebulosa et vmbrosa ex motu caloris per resolutionē fumositatis significat febrem interpollatā, de salso flegmate. Sed egritudine iam pcedente significat tertianā. vn̄ sciēdū est q̄ si a principio morbi vrina magis accedat ad spissitudinem q̄ ad subtilitatez: tūc sine dubio significat quottidianā solū interpollatā supra de flegmate salso vel dulci: de salso si accedat ad spissitudinē. De dulci si incipiat inspissari. Et ista est sentētia. vij. versuū vsq ibi flegmatis at salsi. Alia regula. vrina ruffa in colore cum mediocri tenui substantia: non superius obūbrata: cū impura et inequali suba flegma salsum significat abūdare sine febre. Debet tamen ista vrina in supiori parte esse magis spissa: vrina ista reddit i colore medio mediocri. s. subruffa: q2 pro mediocri calore ipsius flegmatis salsi mediocris fit ebullicio: et sic mediocris color fit: non obūbrata q2 nō est ibi febris. inequalis est substātia q2 ex flegmate debet esse spissa et ex siccitate q2 salsuz debet esse tenuis: et sic ex vtraq redditur inequalis. s. superi9 et tenuis inferi9. Et ideo notādū ē q̄ ex isto flegmate salso et mordicāte et abūdāte attrahit ad extremitates. s. man9 et pedes: et hoc rōne mobilitatis istaꝝ partiū. Unde vrina aliquotiēs significat pruritū p totū corp9 vniuersaliter: et aliquādo pticulariter: si ergo p totā vrinā appareāt resolutiōes tūc p totū corp9 vniuersaliter: scabies iudicatur. Si vo in supiori pte vrine tūc in supioribus membris pruritus et scabies signi i media regione vrine tunc iudicium est nutritiuorum membroruz. Si vo appareant in infima regione tūc scabies et pruritus pedū tibiarum et coxarum significat.

¶ Si subruffa. si talis vrina subruffa in colore: paruz tenuis in suba: sine nebulositate appareat p lōgum tp̄s in ydropico: tūc significat destructionē et mortē: sic dicetur

incōnīeto:ꝛ hoc cōuenit Ypoc. in ꝓnosticis .dicit enī oīs
nāq ydrops ꝛc. in Theophi. ¶ Cōmētū principio cause
Alia regula ꝺ ruffo coloꝛe cū substātia mediocriter tenui.
¶ Duꝫ sunt noua semina moꝛbi id in pꝛicipio,passiōis
dum passio ad huc est noua ꝛ tenera. ¶ Ruffa in coloꝛe.
¶ Parū tenuis. Idest a tenuitate remissa. ¶ Nubes.
rara. Idest,nebulosa q̄dā vmbꝛositate motu caloꝛꝫ ꝑ reso
lutionē fumositatꝫ gn̄ata. ¶ Tipicā. Idest interpollatā.
¶ Triteum. Idest tertianam . ¶ Moꝛbo accedente.
Idest iam materia digesta. Sed si a pꝛincipio appareat
parum spissa idest magis accedens ad spissitudinem q̄
ad tenuitatē iā nō significat nisi quottidianā:ꝛ sublata ē
equocatio tertiane. ¶ Indiciosaꝫ. Idest interpollatā ꝺ
salso flegmate si accedat ad spissitudinē. ¶ Vl' dulci. Si
ī spissa incipiat. ¶ Flegmatꝫ at salsi. Ponit rl'a de ruffo
coloꝛe cuꝫ mediocriter tenui suba. quā sic collige. Vꝛina
in coloꝛe subꝛuffa:ꝛ ī suba mediocriter tenuis:ꝛ nō supe
rius obūbꝛata. cū impura ꝛ inequali substātia flegma sal
sum sine febꝛe significat abūdare. Sed in supioꝛi ꝑte de-
bet esse magis spissa:ꝛ ex eq̄litatibꝰ flegmatis salsi vꝛina
reddit in coloꝛe mediocris. s. subꝛuffa. q: pꝛo mediocri ca-
loꝛe flegmitis midiocriter fit ebullitio:ꝛ ꝑ mediocri' ebul
litione fit mediocris:ꝛ nō est obūbꝛata:q: nō est accēsio
febꝛilis caloꝛis . inequalis est in suba:quia ex flegmate
debet inspissari:ꝛ ex siccitate attenuari:ergo pꝛo vtraq
reddit iequalis substātia. s. superius:ꝛ inferius tenuis.
Spissa est vꝛina superiꝰ:q: cū ipa vꝛina effundit aliq̄d spi
ritus ꝛ fumositatis:ꝛ qꝺ leue est de natura petit supioꝛa
qꝺ ꝟo in vꝛina est subtile ꝑ spiritus ascēdit ꝛ ꝑfoꝛatur ab
Mamme grossicies et perturbatio ventris.
Ex mellicrato conceptus signa probātur.

¶ Expositio. Hic determinatur de signis per que pos sumus cognoscere cōceptionē ex incidēti. Signū conce ptionis qd̄ habetur per vrinā in primo est dictum. Sed alia signa sunt conceptionis que enumerātur in istis pre dictis v̄sibus. ¶ Matrix sicca. Quia iam clausum est ori ficium matricis. vnde nō emittūtur menstrua que vuluā humectare solent. Sed potius retinentur ad nutrimen tum fetus. ¶ Venus sopita. Aliud signū cōceptionis: si desideriū veneris est sopitū et extinctum: propter hoc: q: matrix que vacua erat iam repleta est. ¶ Retentio flux⁹ Aliud signum conceptionis: scilicet quia menstrua reti nentur vt inde nutriatur fetus. ¶ Discolor affectus.

Aliud signū cōceptionis appetitus varius et multi for‑mis.q2 modo appetūt accumina modo fructus acerbos ꝛ carbōes:ꝛ hmōi similia. Et hoc accidit ex ipso sangui ne menstruo melācolico redūdante ad eos stomachi ꝛ in ficiente ipsum. ¶ Vomitus. Aliud signū:q2 ille sanguis inficiēs os stomachi mouet ipsū ad vomitū. ¶ Cōpres sione virge. Aliud signū conceptionis:vt habet in cōmē to. ¶ Mame grossicies. Quia sanguis redūdat ad spō‑giositatē māmillaꝝ vñ ingrossantur. ¶ Et perturbatio. Aliud signū ꝯceptiōis Ypocratis in quarta ꝑticula am‑phorismoꝝ. Mulier si vis scire si ꝯceperit ꝛc. ¶ Cōmen tum. Matrix sicca. In hoc capitulo qđ est quasi finale ꝛ cōplemētū sui operis assignātur accidētia ꝛ signa cele‑brate cōceptionis. De ꝯceptione ꝑ vrinā significāda pre cesserat intentio in capitulo precedēti.ideoq3 ad conce‑ptionis noticiā plenarie habendā posuit auctor signa cō ceptionis in cōclusione sui operis. ¶ Matrix sicca. Q2 conclusum est interius officium neq3 iam emissione men‑struoꝝ matrix humectat vel vulua etiā illinitiōe mēstruo rum nō humectat:q2 mēstrua retēta sunt ad nutriendum fetū.hoc aūt noīe matricis eius extremitas.i.vulua itel ligitur.vel vulua sicca est:q2 matrice iam repleta ex semi‑ne virili iam interius monetato iam voluptas matricis a venereis illecebris nō adeo diffundit:nec in lachrymas resoluit venereas. Extincta eñi est sitis eius que prius sedari nō poterat quod fit:q2 iam repleta est ꝛ,ex interio ri sarcina aggrauata minus pōt vacare prurituí venereo rum. Ex vacuitate nāq3 matricis viget sensibilitas:et ex sensibilitate ampliori amenitate veneris matrix amplius infestatur. ¶ Ven9 sopita nō mercat ꝓpter ꝑdictā ratio nem. S3 obmurmurāt subagitatores ꝛ lenones ꝛ assueti ad venerē dicētes hoc esse falsū:q2 a mltis post ꝯceptio nem auidi9 ꝛ instātius appetit coit9 ꝙ antea. Dicūt se ēt vidisse quasdā q̄ aū cōceptionē suis adulteris ianuā pu‑

doris claudebāt. Sed facta cōceptione vmbilicū et crura eius relaxabāt. Respōdemus hoc potius esse securitatis causa ꝙ causa ardoris ꝛ voluptatis: nō tñ dico quin ex se tu calore duplicato renes calefiant: ꝛ ex calore peruagan te vel ꝓgrauante venereis orificijs quidā pruritus innascitur. Sed nō est adeo voluptuosus sicut qui fuit añ cōceptionē vel in conceptiōe. Tūc em̄ matrix totā se aperit et applaudens tēperantie seminis ipsum intromittit in monetā cōceptionis. i. formam. ¶ Aliud cōmentū. Matrix qm̄ egit de athomosis resolutionibs que qñꝙ signt cōceptū: qñꝙ nō. Hic addit signa per q̄ fiat discretio qñ significent ↄceptū. Et primo ponit gñalia. Scōo spālia cū matrix cōsecuta est qđ desiderabat et adepta est quod venabatur quiescit. Et ideo clauditur vt retineatur qđ desiderabat ꝛ acceptū collū eius ꝛ vulua desiccat: qꝛ non fluit qđ solet flere vñ vulua minus humorosa fit. ¶ Venus sopita. Cū matrix creata sit ꝓpter ↄceptionē habito fine ad quē ipsa est facta: tūc in eo quiescit naturaliter. Unde nō appetit plus coire. Tamen ex ebullitione postea facta in ipsa matrice: maxime si materia ipsa generādi fuerit colerica: ꝛ etiā matrix sit sibi similis in cōplexiōe Sunt tamen quedam mulieres pregnātes q̄ appetūt coitum vehemēter quoniam in eis renes supflue calefiunt: ꝛ maxime cūvulua nō recipiat in se humorositatē solitā ꝛ ꝓpter hoc magis appetūt coitū: ꝛ forte ad hoc vt ei⁹ humectetur vulua matrix coitum appetit magis propter necessitatem ꝙ propter vtilitatē quoniā natura stimulata a vehemēti siccitate stimulat matricē ad appetēdum coitum. ¶ Retentio fluxus: idest menstruorum. retinentur aūt menstrua vt fetui ꝓpinentur nutrimenta ꝛ ꝓpter cōclusionem interioris orificij. ¶ Aliud cōmentū ad ꝑdicta carmina. ¶ Matrix. Patet causa hui⁹ ex predictis: qm̄ coartatur collum matricis: vt retineatur materia generandi. ¶ Affectus: idest appetitus. ¶ Discolor: idest va-

rius ⁊ multiformis: modo enim appetunt acrumina: modo fructus acerbos: modo certam modo carbones: et similia quod habet cõtingere ex sanguine menstro melancolico et contagioso redundante ad os stomachi et inficiente. ipm. vnde appetũt similia sue infectioni. Sed hoc habet fieri maxime in nouitate conceptionis propter retentionem menstruorum. Sanguis em̃ menstruus adhuc est in motu. In tertio autem mense vel in quarto fetu iam confirmato cessat talis appetitus. ¶ Uomitus. Ex eadem causa: sed accidit maxime in nouitate conceptionis. ¶ Compressio virge. Ex angustatione interioris orificij matricis. Unde videtur viro cum coit cum muliere q̄ virga a vulua sugatur precipue quando virga est longa. ¶ Mamme grossicies. Ex redundatione sanguinis ad spõgiositatẽ mammillarum. vnde distenduntur ⁊ ingrossantur. Sunt nanq̄ continui meatus a matrice ad mammillas per quorum continuitatem fit transitus deriuatiõis ad superiora. ⁊ ad mãmillas. ¶ Turbatio. Illud signum est ab Ipocrate elicitũ. Dicit em̃ in quinta pticula amphorismorum. mulierem si vis scire ⁊c. quando dormitura est da ei mellicratum bibere: ⁊ si quidem habuerit tortiones concepit. si vero non nõ. Sed nõ est omninoveridicũ signũ: q: suscepto mellicrato tortiones sentiũtur: nõ tñ ppter hoc est semp de facta conceptione. Si vo in corpe mulieris suscepto mellicrato fiat absentia ex priuatio tortionis certum signum non facte conceptionis.

¶ De signis conceptionis masculi.



Onceptũ maris insinuat splendor facies.
Mẽbrorũ leuitas spissi cõcretio lactis.
Atq̄ tumor vẽtris ĩ dextra pte rotũdus.
Femineum fetum contrarita signa figurant.

¶ Expositio. Conceptũ. ¶ Hec sunt signa cõceptiõis masculi: q: si mulier ante cõceptionem esset discolorata:

⁊ facta cōceptione habeat faciem bene colorotā. Ex hoc habetur vnū signū cōceptionis masculi quātū est ex hoc ¶ Membrorum leuitas. Si facta cōceptione mulier habeat leuitatem mēbroꝝ: ex hoc est signum conceptionis masculi quātū est ex hoc. ¶ Spissi cēcretio idest coagulatio lactis ⁊ spissitudo. ¶ Atqꝫ tumor. s. vētris. In dextera parte rotūdꝰ: qꝛ ibi est locus cōceptionis masculoꝝ. Femineū. Signa cōtraria istis que dicta sunt signt cōceptionē femine. ¶ Cōmētū. Cōceptū. ¶ Post tractatū de generalibus signis cōceptionis subiūgit auctor de spālibus. ¶ Splendor faciei. Recurrit ad priorē cōsistentiā mulieris. Si aūt ante cōceptionē solebat esse minꝰ colorata ⁊ post modicum, facta cōceptione purpurea facies vel illuminata occurrit: ex hoc ꝑpende conceptionē masculi. Nā si calidiori sanguine ⁊ in calidiori pte matricis cōcipitur vnde naturalis calor in corpe mulieris incutit. et melior digestio pcreatur. Nam ex bona digestione bonus color in facie nascit. ¶ Membroꝝ leuitas. Ex eadē causa ex bona nāqꝫ digestione bonū est nutrimētū ⁊ bona repatio spirituū ex quibꝰ sufficiēter reparatis robur ⁊ vigorositas ipsi corpi pstant ⁊ mēbra leuigāt. ¶ Spissi concretio lactis: id est coagulatio: qꝛ lac magis est digestū ⁊ excoctum ⁊ ablata ē aquositas virtute caloris. Unde si eius gutta supvnguēvel suꝑ marmor aut suꝑ alia re tersa apponat nō fluit: sꝫ laterales ptes eiꝰ redigūtur in cumulū: et hoc sigt masculi cōceptionem. In dextera pte Ubi est locus cōceptiōis masculoꝝ. ¶ Rotūdus. Quia partes masculini corꝑis cū sint fortiores fortius sibi coherent nec in matrice quedam fragilitate distendūtur. ¶ Contraria signa. Nam contariarū causarū contrarij sunt effectus. ¶ Secūdū cōmentū ad ꝑdicta carmina. Cōceptū. ¶ Hic determiat signa cōceptionis specialis: materia masculi est spālior ꝙ femine. Ponit auctor ꝙ sperma viri stat loco factoris ⁊ agentis: sed sanguis men

struasis loco materie!. Et ex hoc p̄tz φ oīs vir calidior ē omni muliere: tamē quedā mulieres calidiores sunt q̄buſ dā viris: sed hoc intellige de calido viscoso ꝛ materiali magis. viri autē omnes calidiores sunt calore virtuoso ꝛ formali ꝛ ideo viri fortiores sunt femis. ¶ Splēdor faciei. Q̄m ex materia calida q̄ ebulit in matrice eleuanī fumi vel vapores calidi ad epar vnde calefit. Et similiter ad cor vnde calef it. vnde ex his membris sic calefactis eleuātur calidi vapores ad faciem ꝛ ad caput. vnde facies splēdescit rubor est ex flore sanguinis virtute caloris depurati et inde leuitas totius corꝑis q̄m calor rarefacit ꝛ subtiliat q̄ duo sunt ꝑncipia leuitatis: calidū ꝓ velociter mobile. ¶ Spissi cōcretio. Q̄ fit a calore forti aquositatē ip̄am ꝛ sp̄m fortiter comp̄hendētem vnde videm⁹ φ carnes cocte rigidiores sunt q̄m calidum supuincit humidū ꝛ ip̄m cōprehēdit ꝛ coagulat ꝑ abstractionē humi pri⁹ existentis. Sed attēdēdum est φ calor aggregatus fortior est q̄ꝫ sparsus. ꝛ ideo parui viri nunq̄ꝫ sunt humiles quoniam calor eorum est aggregatus. vnde mobiles fortiter sunt eleuati q̄m calor semper spargitur et eleuat: et ideo sunt audaciores et subtiliores. Contrariuꝫ accidit in magnis propter eius sparsionem. Unde si magnū sapientē videris vel inueneris ꝛ paruā humilē redde laudem deo. ¶ Atq̄ꝫ tumor. Cum enim calor humidus fortiter cōprehēdit rotūdat sicut sup̄ prelibatum est. Et hoc etiā facit in dextra ꝑte maxime: q: calida est: ꝛ ideo tumor rotundatur cum cōcipitur masculus. Signa ꝯtraria apparent in mulierib⁹. Et nota φ splēdor faciei maxime ꝯceptiōeꝫ masculi certificat si an̄ conceptionem facies erat pallida.

¶ De spermaticis resolutionibus.

Spermaticis in scripta notis vrina fatetur.
Illecebres coitus genitalia membra grauari.
Fermento veneris ludibria vana soporis.

Siue gomoream vel membri vim resolutam.

¶ Expositio. ¶ Hic determinat de spermate apparēte in vrina. Regl'a. vrina cū spermaticis resolutionib⁹ apparēs residētibus vel ad fundū tendētibus significat coitū p̄cessisse aut nocturnā illusionē aut voluntatē et desideriū venereoꝝ operū sine actu: et tūc significat mēbroꝝ generatiuoꝝ repletionē. Siue gomoreā. Talis etiam vrina si frequēter occurrat gomoreā. significat vel paralysim generatiuorū mēbroꝝ. ¶ Cōmētū. Spermatic3. In hoc caplo auctor agit de spermate in vrina: qm̄ qn̄qꝫ cū vrina nutriuntur resolutiões spermatice vnde apparet vrina cū quibusdā spermaticis resolutionib⁹. Est ergo talis regula. Vrina cū spermaticis resolutiōibus apparēs ad fundū tēdētibus vel residētib⁹ coitū significat p̄cessisse: aut nocturnā illusionē aut ↄcupiscētiā aut affectū venereoꝝ operū sine actu ↄsequēte. sig̃t ēt genitaliū mēbroꝝ et didimorū repletionē ex spermate qđ ē: q: redūdat in testiculis et p incōtinētiā cū vrina emittit. Sig̃t etiā talis vrina si frequēter occurrat gomoreā siue paralysim genitaliū membroꝝ. Est aūt gomorea imoderata et inuolūtaria spmat3 effusio q̄ est passio turpissima: ō q̄ multitudo nō modica vel aliq̄ aliqn̄ pierūtq̄ talē egritudinē ↄfiteri erubescūt vñ morbi malicia magis ↄfortat. Fit aūt hec passio ex nimia sanguis abūdantia. vñ sperma augmētat et ppter nimiā abūdātiā multiplicat et emittit sine aliq̄ delectatiōe et ꝯ ge crectiōe. Fit etiā qn̄qꝫ ex debilitate virtut3 retētiue. qn̄qꝫ ex lenificatione vasoꝝ seminariū. vnde vasa seminaria lubrificātur: et sic sperma ex tali lubrificatione cū nō habeat coherentiam in receptaculis inuoluntarie labitur. Significatur aūt hec passio in illis q̄ habent paralysim in membris genitalibus: sicut est in epilepticis et apopleticis. in illis enim vrina et semen inuoluntarie emittuntur. et sic sperma propter debilitatē neruoꝝ et propter aliaꝝ causaꝝ

intrinsecã in voluntarie egredit. ¶ Spermaticis notis: idest spermaticis resolutionibus. ¶ Scripta. Idest psu sa. ¶ Illecebres coitus. Quo ad celebrãdum coitũ: idest quando aliquis celebrauerit coitum. vñ ex reliquijs ma- teriei resolute ꝛ non sufficienter educte: qꝛ debilis fuit spi ritus expellens: ideo talis apparet vrina. Genitalia mẽ bra. Secunda significatio est: mẽbra genitalia dicuntur in hoc loco testiculi virga ꝛ didimi pcipue. ¶ Fermento Idest spermate quo testiculi turgescũt: sicut pasta ex fer mento crescit ꝛ amplatur. ¶ Ludibria vana soporis: id est nocturnas illusiones ex venereis officijs vel operibus quando. s. dormientibus se ingerũt ꝛ improuisa mente somniãt vel dormiũt. Gomoreã: idest immoderatã ꝛ in- uoluntariã spermatis effusionem. ¶ Uim resolutã: idest paralysim que fit ex dissolutione mẽbrorum. ¶ Sequitur aliud cõmentum ad predicta carmina. ¶ Spermaticis Sperma emittitur aut ppter multitudinẽ materie: aut ppter defectũ virtutis cõtentiue: aut ppter debilitatẽ la- certi remolliti sm palysim. ¶ Illecebres. Qr nimis mo uet materia ꝛ nimis calefiũt testiculi vñ fortiter attrahũt et sperma ibi generãt qd emittũt. Subtiliãt p motũ pre cedentẽ in coitu nimio. ¶ Genitalia mẽbra ppter multi tudinẽ materie spermatice q̃ inturgescit a calore p motũ ¶ Ludibria. qm̃ in tali opatione nõ bñ modificant con- cauitates ex spermate. ¶ Gomoreã: idest inuoluntariã spermatis emissionẽ. ¶ Uim resolutã: idest virtutẽ ꝯten tiuã ꝛ ppter lacerti remollitionẽ deficientẽ retinere.

¶ De puluereis resolutionibus.

Sub forma cineris corpuscula pressa deorsum.
Infima membra notant morbi languore grauari.
Ex attricis emoroidis splenisq; tumore.
Sepius apparent vel quando mẽstruus humor.
Temporibus certis sua respirascula nescit.

¶ Expositio. Sub forma. Hic determinatur de resolu-
tionibus pulvereis que emittũtur cũ vrina ad similitudi
nem pulvereis. Est ergo regula. Urina in colore remissa
cũ pulvereis resolutionibus in fundo residentibus sigt
egritudinẽ mẽbroꝝ inferioꝝ sicut renũ ꝛ lũboꝝ ꝛ partiuꝫ
inferioꝝ. ¶ Ex attricis. In attricosis ꝛ ficosis ꝛ in pa-
tiẽtibus emoroidas ꝛ inflationẽ splenis apparet talis
vrina. ¶ Uel qñ menstruus. Talis etiã vrina apparet in
mulieribus qñ patiũtur retentionẽ mẽstruoꝝ. ¶ Com-
mentũ. Sub forma cineris. Hic ponit aliud capitulũ de
pulvereis resolutionib9 que qñꝙ cũ vrina emittũtur: et
sub forma pulvereis in fundo subsistũt. Inde colligitur
regula talis. Urina in colore remissa cũ pulvereis resolu
tionib9 in fundo residẽtibus: in colore nigris vel liuidis
sigt emoroidas: Significat etiã attrices siue cõdiloma-
ta. Talis etiã vrina sigt vitiũ splenis ꝛ in mulierib9 sigt
coitũ: ꝛ si talis diu appareat sigt retẽtionem mẽstruoꝝ.
Emoroide sunt quinꝙ vene: que a chili vena ꝓcedentes
vsꝙ ad pudibũdum circulum terminant. Iste ergo vene
qñꝙ replent ꝛ aggrauãtur ex melãcolico sanguine q̃ ma
xime abũdat in chili vena que spine adiacet. Spina vero
frigida est cũ sit pars corporis posterior vnde ꝓpter fri-
giditatẽ illius partis melancolicus sanguis in illis venis
habet dominiũ suũ. Cũ aũt p̃dicte vene aggrauate sunt
et super replete ex melãcolico sanguine distendũtur ꝛ for
titer eo in loco tumescũt atꝙ inflant: ita ꝙ in capitibus
earum quedã apparent tumorositates varie. Unde senti
tur grauedo ꝛ ponderositas circa partes inferiores et
adest pigricia totius corporis et discoloratio faciei. Ille
aũt vene qñꝙ rũpuntur et sanguis emittitur in multa
quãtitate rũpuntur autem ille vene propter abundantiã
sanguinis et propter incontinentiam: vel ex calore nimio
propter acuitatem et corrosionem: vel ex frigiditate ex-
teriori propter compressionem. Unde hec passio maxime

est in illis familiaris qui super marmora sedere cōsueue-
runt. Est aūt emorois nomē mēbri et passionis q: ille ve
ne dicūtur emoroide per quas venit hec passio que dicit
emorois. Unde egritudo ab illis venis orta emoroides
dicūtur. Dicitur aūt emorois ab emo qd est sanguis: et
rois qd est fluxus. vnde dicūtur emoroides quasi fluxus
sanguinis. In emoroidib9 vrina debet esse remissa in co-
lore. Nā melācolico sanguine abūdante in corpore debili
tatur naturalis calor vñ digestio crudescit & ex digestio-
nis cruditate discoloratur vrina. Apparet aūt cū pulue-
reis resolutionib9 que resolute a melācolico sanguine ni
gro & terrestri per continuos meatus deriuāte ad vesicā
cū vrina emittant: & q: sint ponderose & terrestres subsi-
dent in fundo. Attrices sunt collectiões facte circa annū
ex melācolico sanguine in illis partibus turbato: & visco-
sitatē inducente. Fici sunt molles electiones circa annū
distincte quibusdam granis in modum granorum ficus.
Condilomata sunt dure & solide collectiones et rotun-
de circa annum in modum glandium: & dicuntur condi-
lomata a condilon qd est rotundū. Unde apud Maxi-
mianum reperitur digitis in condilon replicatis: idest in
rotundum. In attricosis igitur et ficosis & condiloma-
ticis vrina apparet similis prori: & propter eandē causā
disponitur ſm colorem talem. Et resolutiones tales ex
vitio splenis post datā medicaminam: maxime ꝑpter dis
solutionem partium. Apparet eadem vrina remissa cum
resolutionibus puluereis. Similiter in retentione men-
struorum. Nā sanguine melancolico per menstrua reten
to resoluuntur quedam partes liuide ab ipso sanguine
et quasi squamose que quidem cum vrina emittuntur.
¶ Cinereis. Idest puluereis. ¶ Infima membra. Si-
cut renes & lumbos et inferiores partes que ratione cō-
passionis molestantur vt dictum est.

¶ De ipostasi.

Informat sedimen color et substantia tempus.
Forma: locus: color est albus: substantia gūsis.
Continuata suis conum sua forma figurat.
Inferior fundus locus est constantia tempus.
Album continuum residens constans ꝑpineatum.
Si sedimen fiat bona fit digestio virtus.
Fortis nature triplici viget actio motu.
Albificat: mundat: cumulat: condensat et vnit.
Uentosum calor extenuat: sorbetq; vaporem.
Uirtus que bona sunt retinet: que praua repellit.
Nec natura suos secat aut interpollat actus:
Hiis claret signis ostensio certa salutis.
Eucreta fit febris breuis est discussio morbi.

¶ Expositio. In isto loco determinat de ipostasi. Est igitur ipostasis superfluitas tertie digestionis effusa in vrina. Ipostasis in tertia digestione diuiditur a nutrimē to membrorum et emittitur cum vrina. Unde hic ponitur descriptio ipostasis laudabilis: et sunt quinq; conditiones ipsius: scilicet color qui est albus: substantia que debet esse continua sine interruptione et diuisione: locus qui est fundus vrinalis pus ipostasis scꝫ ꝙ multos dies perseuerat in bonitate forma quia debet esse ad modum forme piramidalis vel pinealis vt incipiat a lato et circunquaq; tendat in acutum. Et de istarum differentiarū qualitate singulariter determinatur in commento valde bene. ¶ Album cōtinuum. In isto versiculo continētur quinq; differentie ipostasis naturalis: scꝫ ꝙ sit alba in colore: continua in substantia: residens in fundo ꝑm locum constans quātum ad tēpus: pineatū quantū ad formaꝫ. Et si tale sedimē cū istis cōditionibus appareat in vrina significantur ꝙ digestio est bona ⁊ virt⁹ fortis: ⁊ ꝙ actio nature triplici viget motu. ¶ Unde notādū est ꝙ triplex ē

motus nature scz alteratiu9 localis. ⁊ essentialis. hic de clarantur in fine cōmēti. ¶ Cōmētum. Informat. Aliud capitulū pponitur de ipostasi: vbi vidēdū est qd sit ipostasis ⁊ eius pprietas. Est em̄ ipostasis supfluitas tertie digestionis cū vrina effusa. Ois ergo digestio supfluitatē habet suam. Prima; digestio hz p sua supfluitate egestionē ⁊ ventositatem. Secūda digestio hz vrinā. Tertia digestio habet ipostasim ⁊ sudorē. Ipostasis in tertia digestione diuidit a nutrimento mēbrorꝝ. vn̄ cū in omnib9 mēbris fiat digestio: ⁊ oia membra nutriātur aquolibet. nutrimēto diuidit ipostasis. Sed nō tota ipostasis que a nutrimento diuidit cū vrina purgatur. Nā viarū longitudine ⁊ meatuū strictura nō potest tota ad vesicā prouenire. pars em̄ quedā a calore corporis cōsumit. Alia p sudorē mūdificat. Alia pars extenuat ⁊ p fumū ⁊ vaporem expirat. illa portio sola que vasis coheret ⁊ propinquior est vijs vrinalib9. ad vesicā descēdit. Cū em̄ vasis cohereat rarefactis vijs pororum ex caliditate ingredit vasa et per meatus continuos deriuatur ad epar ab epate vero per capillares venas descēdit ad vesicam et cum vrina emittitur. In vrinis autem sanorum non apparet ipostasis: quia fortitudine caloris et virtute membrorum superfluitas illa consumitur. Membra etiam in sanis melius nutriuntur ⁊ parue sunt superfluitates membrorum ex nutrimento. vnde pauca vel nulla est ipostasis. Quattuor sunt ipostasis differentie: scilicet color substantia: locus: et tempus. Isaac in libro vrinarum aliam scz quintam differentiam apponit que est forma: et nos Isaac sequentes illam differentiam quintam opponimus. Naturalis color ipostasis est albus: omnis nanqz ipostasis naturalis debet esse alba. Consimilia nanqz membra humani corporis omnia sunt alba vniuersaliter: Quis etiam caro videatur esse rubea. Sed non est ille color carnis: sed potius sanguinis dispersi per po

ros ipsius carnis. vnde si caro coquatur & exprimatur si
cut faciūt hybernienses albificat: & ad pprium colorem re
uertitur. Nutrimentū ergo nō incorpatur mēbris nisi prius
dealbet. Est aūt nutritio cōuersio rei nutriētis ī naturā
rei nutriēde: ergo nutrimentū est albū cū mēbra sint alba.
Et ypostasis est decisa a tali materia: ergo in colore de-
bet esse alba: oīs nāq superfluitas debet esse emula: idest si
milis & imitatiua eius a quo deciditur: ideoq nulla ypo
stasis est laudabilis nisi sit alba: hec em̄ significat pfectā
assimilationē nutrimēti fm naturā membrorum & fortitudi
nē naturalis caloris īdigestione pualēt. Rubea em̄ ypo-
stasis minus bona est figt em̄ longitudinē egritudinis
& cruditatē materiei. vn̄ virtus digestiua non ita pualet
in tertia digestione in faciendo digestionē nutrimenti: si-
gnificat tn̄ similitudinē eucritā. i. bene termiabilē: q2 fit
de sanguine puro & sincero: qui humor amicus est nature
& maxime familiaris. Subruffa ypostasis peior est rubea
quia fit de sanguie aquoso. vnde minat ex cruditate san-
guis maiorē plixitatē egritudis. Liuida ypostasis vitu-
pabilis ē: q2 figt mortificationē. Uiridis vl' nigra pessima
est: q2 figt adustionē & mortē. Et h̄ d̄ colore ypostasis suf
ficiant. Substātia ypostasis est ptinua: q2 debet esse sine
diuulsione & interruptione suarum partiū: per qd̄ significat
tertiā digestionē materiei esse pfectā q̄ nō habeat aliquā
ventositatē q̄ sui p̄sentia possit diuellere continuitatem
ypostasis. Diuulsio aūt ypostasis fit ex vētositate tertie
digestionis. Et hec de substātia ypostasis sufficiant. Lo-
cus ypostasis pprius & naturalis ē fundus. Debet nāq
esse ypostasis subsistēs in fundo vrinalis. & talis subsidē-
tia significat secundam digestionem non fuisse turbatam
nec impeditā aliq̄ vētositate. Nā si sc̄da digestio fuisset
ventosa illa emissa cum vrina precelleret ypostasim: vel in
media pte vrine vel in superiori si maior esset ventositas.
Et sunt tres dr̄ie ypostasis fm locū. Nā si ypostasis sue

rit subsidēs in fundo ꝛ nō impulsa vocaꝫ sedimē. Si aūt sit ipulsa in media regione vrine vocaꝫ eneorima quasi de pēdēs. Qȝ si fuerit impulsa vsqȝ ad supficiē vrine ex maiori ipulsu vētositatis vocatur nephilis idest nubes ex metaphora nubiū. Et hec de loco ypostasis sufficiāt. ¶ Tēp⁹ ypostasis est pmanātia in talibus differētijs per multos dies. talis aūt pmanētia est equalitas siue tps per qȝ significaꝫ: maxime fortitudo nature: que quidē in bene optādo nō deficiat: sed suū opus cōtinuare sufficit. Nā si in pma die appareat ypostasis cū bonis differētijs. ꝛ in scda appareat cū malis ex tali incōstātia significaꝫ nature debilitas q̄ nō pōt ī bono ope pseuerare: Et notaqȝ eq̄litas in bona ypostasi est optima. Sed eq̄litas in mala ypostasi: est pessima. Ineq̄litas ergo in malo bona est. Sed in equalitas ī bono mala ē. Et hec de tpe ypostasis suffici āt ¶ Forma ypostasis dȝ esse cōnoides. i. in modū forme pinealis vt īcipiat a lato ꝛ ppēdiculariꝫ circūquaqȝ tēdat in acutū quasi ī modū piramidis vl' in modū pinee. Taleȝ ṽo formā vocat. Ysaac pineatā quasi tēdētē in acumē in modū pinee. Talis ergo forma significat digestionē pfectā vnde graues partes ypostasis in fundo subsistēt ꝛ cōstituūt eius basim. Mediocres aūt q̄ nō sunt adeo pōderose mediū occupāt. Leuiores ṽo q̄ sunt ignee ꝛ aeree superi⁹ tēdūt littera p se ptȝ. ¶ Suba gūfis: idest suis cōpaginib⁹ vt habeat ptiū coherētiā. ¶ Conū. i. a lato incipit ꝛ tēdit in acutū in modū galle. ¶ Locus. Est fund⁹ ei⁹ idem in inferiori parte cōsistēs. ¶ Constantia. i. eius pmanētia p multos dies. ¶ Albū continuum. Hic ponitur descriptio bone ypostasis ꝛ quid habeat significare. ostēdit. Album. in colore. ¶ Cōtinuū. quantū ad substantiam. ¶ Residēs. quantū ad locum. ¶ Constantia. quantum ad tēpus. ¶ Pineatum. non ad pini: sed ad pinee formam refertur. ¶ Bona digestio. non quia alba: albedo enim non sufficit ad insinuandum perfectā di-

gestionem: posset namq; album τ impulsum τ diuulsum apparere. Sed bona digestio significatur ex eo quod est albū cū alijs sequētib9 differētijs. ¶ Uirt9 digestionis viget triplici motu. Triplex est modus nature in tertia digestione: sc3 alteratiuus: q̇ fit in in dealbatiōe nutrimē ti. localis: qui fit in cōglobatione τ partiū trāspositione τ essentialis: qui fit per alias differētias que subnotātur vel cōiūgāt. ¶ Albificat. Ecce alteratiu9 mot9. Mūdat: cōdēsat. τ vnit. Ecce localis τ essentialis. ¶ Uētosū3 calor. Qđ significat̄ p cōtinuitatē. i. per cōsistētiā ipostasis repellit̄ p vaporē. ¶ Necnō. Quod significat̄ p cōtinuitatem τ cōsistentiam ypostasis.

¶ De sedimine qđ deficit in differētijs bonis.

Ledit τ incrudat sedimē quodcūq; priorum.
Dissonus τ varius faciens discrimina motus.
Seruatis reliquis si pēdeat' aut petat altum.
Flamine ventoso digesto lesa ꝓbatur:
Saluo iure loci seruata lege coloris
Uis ventosa mouet sedimen compage soluta.

¶ Expositio. Superi9 posuit auctor quinq; differētias sediminis laudabilis. Hic determinat de ipostasi recedē te a laudabili τ dicit ꝙ sedimē quodcūq; deficiēs ī aliqua p̄dictaꝝ quinq; differētiaꝝ inquātū deficiet: in tātū deficit a laudabili sedimine. Vbi gratia. Sedimē in colore albū. τc. deficiēs ſm locū existēs nebula vel: nephilis' deficit et recedit a laudabili ipostasi. per hoc em̄ sigtur ventositas sc̄de digestiōis. τ ideo rōne vētositatis impellētis petit superi9 τ efficit̄ nebula vl' nephilis: Et ideo notādū quod ipostasis ſm tria loca q̄ occupat in vrina/tres accipit de nominatiōes. Si igit̄ occupat fundū dicit̄ sedimē. Si mediū dicit̄ nebula vel eneorima. i. quasi depēdens. Et si superius sit impulsa ratione maioris vētositatis fortius impellētis nephilis appellat̄. Et sit ipostasis inquātum

elongatur a naturali efficit in naturalis. ¶ Saluo iure loci. Si ipostasis seruet locū ⁊ colorē: scꝫ ꝙ sit alba ẜm colorē: ⁊ in fundo ẜm locū: habeat substantiā diuulsaꝫ et nō continuā: est in naturalis ipostasis ⁊ vituperabilis ⁊ sigt tertiā digestionē turbatā fuisse ex vētositate. ¶ Commentum. Ledit et. Specificauit auctor bonū ⁊ legitimū sedimen cū suis differētijs ꝓprijs ẜm locū: colorē: substātiaꝫ tēpus: et formā. Nūc ostēdit ꝙ si sedimē peccet in aliqua istaꝝ differentiaꝝ vel ẜm aliquas est illaudabile ⁊ preter naturā. Si em̄ seruato colore ⁊ cōtinuitate non mutetur locus ⁊ fiat eneorima vel nephilis illa vituperabilis est: qꝛ sigt scdam digestionē nimia vētositate esse impeditaꝫ Si vero seruet locus et color vt sit albus: ⁊ subsidens: et substātia ꝓmutet vt incōtinua sit ⁊ indiuulsa: vituperabilis est: qꝛ sigt tertie digestionis perturbationē fieri ex vētositate: vt vētositas incidēs: sediminis cōpaginē ⁊ cōtinuitatē remoueat. Quodcūqꝫ prioꝝ. Idest quecūqꝫ mutatio facta a prioribus differētijs. ¶ Faciēs discrimina motus. Idest faciēs sedimē differre a laudabili sedimine ¶ Motus dissonus ⁊ varius ꝓpter mutationē factā in cōtrario talis motus siue talis ꝑturbatio ledit et incrudat sedimē. i. vitiosum ⁊ infame ostendit. ¶ Seruatis reliquis. Idest colore ⁊ suba. ¶ Si pēdat. Idest fiat eneorima. ¶ Aut petat altū. vt fiat nephilis. ¶ Saluo iure. Idest permanente substātia et albedine perseuerante generata in tertia digestione. ¶ Uis ventosa. Generata in tertia digestione. ¶ Mouet. Idest diuellit et continuitatē interruptā significat: et ne per hunc motū intelligat impulsionem ⁊ non disgregationē subiungit. ¶ Cōpage soluta. Idest discontinuata.

¶ Determinat de sedimine rubeo ⁊ subrubeo.

Subrubeum qm̄ de sanguine constat aquoso.
Est peius rubeo: ꝗuis vicinius albo.

Designat rubeum ꝙ longa sit euerita febris.
Cum sit causa mali nature filius humor.
Leuis et excoctus resolubilis ac moderatus.

¶ Expositio. Cōparat auctor sedimē in colore rubeum ad subrubeū dicēs ꝙ sedimē subrubeū est vituperabilius rubeo sedimine cuius ratio est: q: sedimē subrubeū h; fie ri ex sanguine aquoso ⁊ aliqualiter indigesto et crudo: iō sigt cruditatē materie: ⁊ per cōsequēs lōgitudinē morbi et per ꝯsequens ex morbi longitudine minatur defectu; virtutis. ¶ Quāuis vicinis. Licet ſm colorē appropin⸗ quet magis sedimē subrubeū ad albū ꝙ̄ ipm rubeū in di gestione: tū magis est elōgatū a bono vt dicit in cōmen⸗ to. ¶ Designat. Determinat de sedimine rubeo ⁊ dicit ꝙ inter oēs spēs sediminis post sedimē laudabile melius est sedimē rubeū: q: tale fit ex sanguine bono ⁊ bene dige sto qui aptus est faciliter cōuerti in substantiā mēbroru; in tertia digestiōe: ⁊ ita sigtur egritudo bū terminabilis et salubris: sed tū lōga ratiōes patēt in ꝯmēto. ¶ Com mentū. Subrubeū. Subiūgit de sedimine subrubeo qđ videt ꝯtra naturā ꝙ sedimē aliqđ sit subrubeū vel alteri⁹ coloris ꝙ̄ albi: maxime cū sit supfluitas tertie digestio⸗ nis decise a nutrimēto mēbroꝝ. Nā mēbra alba sunt et nutrimētū ipm albū est. Et qđ ab ipo nutrimēto decidi⸗ tur d; esse albū: q: nullū sedimē debet esse alterius colo⸗ ris ꝙ̄ albi: quid est ergo qđ auctores dicūt ꝙ aliquod se⸗ dimen est rubeū vel subrubeū. Rūdemus si sedimē est su perfluitas tertie digestionis cōcedim⁹ sedimē esse albū. Sed qūq; nomine sediminis quadā vaga ⁊ cōmuni signi ficatiōe intelligim⁹ id qđ in fundo vrine residet: siue sit humor crudus: siue sanguis: siue putredo: siue sanies vel globositas arene ⁊ ſm talē intelligentiā aliqđ sedimē di⸗ citur esse rubeū vel subrubeū. Subrubeū sedimē dicit esse malū: q: significatur factū esse ex crudo et aquoso sangui

ne. Unde cõtinuatur plixitas egritudinis propter mate
teriei cruditatẽ. Sed tñ non minatur periculũ: qꝛ fit de
sanguinea materia que tẽperata est respectu aliaꝝ. Sed
mirũ est qꝺ auctoꝛ dicit. Subꝛubeꝰ peius est rubeo. Nã
albũ ſm se maxime est bonũ rubeũ ꝟo magis elongatur
ab albo ꝙ subꝛubeum. Et subꝛubeũ mediũ est inter rube
um ꝛ albũ nec põt fieri trãsitus de rubeo in albũ: nisi per
subꝛubeũ ex mediata digestione: ergo cũ subꝛubeũ pximꝰ
sit albo ꝙ rubeũ minus malũ est ꝙ rubeũ: licet dicat au-
ctoꝛ ipm esse peioꝛẽ rubeo. Ad hoc dicimus ꝙ subꝛubeuꝫ
sedimẽ a natura decoctione magis elongatur ab albo ꝙ
rubeũ. Nõ eñ fit subꝛubeũ mediãte digestione albi vel
rubei. Sed potius ex crudo et aquoso sanguine qui pro-
pter cruditatem suã nõ potuit perfecte excoqui et rubifi
cari: neqꝫ etiã sibi oĩno sanguineã spẽm adaptari. Rubeũ
aũt sedimẽ ppinquius est ꝛ affinius albo: qm̃ sanguis q̇
tm̃ pꝛecessit decoctus est: ex qua decoctiõe facta põt de
facili mẽbꝛis assimilari. ¶ Quãuis vicinus albo. Istam
vicinitatẽ intellige ſm coloꝛẽ tm̃: et nõ ſm digestiõis me
diationẽ. ¶ Designat rubeũ. Determinat de rubeo se-
dimine ꝙ post albũ inter species sediminis laudabilius
est et cõuertibilius: sigt tñ longã egritudinẽ ppter abũ-
dantiã materiei ꝛ ppter cruditatẽ. ¶ Eucritã. Idest bñ
determinabilem ppter sui tẽperãtiã. Fit eñ de sanguine
puro ꝛ sincero qui mẽbꝛis est amicabilis. Nã mẽbꝛa dul-
cia sunt ꝛ sanguis est dulcis: ꝛ de tali sanguine mẽbꝛa nu
triũtur. ¶ Eucritã. Idest bene digestibilẽ ab eu qꝺ est
bonũ ꝛ crasis. vnde discrita cõtrariũ sigt. ¶ Filius natu
re. Propter amicabilitatẽ quã habet cũ mẽbꝛis: et est de
scriptio sanguinis. ¶ Leuis. Quia muliebꝛes habet qua
litates ꝛ substãtiã mollẽ ꝛ feruẽteꝫ. ¶ Excoctus. Idest
digestꝰ qꝺ indicat mediocritas sube. Nã si esset crudus
exiret aquosus: si adustus grossus: ergo qꝛ bene est coctꝰ
et legitime digestus: ideo mediocris. ¶ Resolubilis. Id

est aptus resolui ꝛ digeri in tertia digestione: et hoc pro pter abilitatem suarum qualitatum. Est enim calidus ꝛ humidus que qualitates fauent digestioni. ¶ Modera tas. Hoc potest referri ad temperantiam qualitatū vel ad temperantiam quantitatis: de qualitatibus constat. Sꝫ moderantia quantitatis necessaria est. Est autē hec moderantia et proportio in mundificatione quantitatis vt in duplo magis sit de sanguine in humano corpore ꝙ de flegmate et in duplo plus de flegmate ꝙ de colera et in duplo plus de colera ꝙ de melancolia et hoc manife stum potest esse diligenter intuenti.

¶ De sedimine nigro sequitnr.

Nature funestat opus culmē𝈨 vigoris.
Altius euertit sedimē nigre speciei.
Quod summū tenet aut mediū minus est vitiosuꝫ.
Hoc tamen offendit in pluribus illud in vno.
Plus nūero peccat nephilis nigra nō ideo plus.
Plus peccat sedimē nigrū: sed non numero plus.
Defectum numeri cause violentia pensat.
Aggrauat et cumulat mala circunstantia culpā.

¶ Expositio. Determinat hic auctor de sedimine nigro Et dicit ꝙ inter omnes species sediminis deterius et vi tuperabilius est sedimen nigrum: quia significat mortifi cationem et euersionem caloris vel vigoris. Sediminis nigri tres sunt species ꝺm tria loca que occupat in vrina videlicet fundum aut medium aut superius. ¶ Quod summum. Dicit hic ꝙ sedimen nigrum quod apparet in medio vrine vel in superiori parte vrine non significat tā tum malum: quantum sedimen in fundo existens: quod quidem fit in fundo existens est in vltimo illaudabile: et malū est. ¶ Hoc tn̄. Hic dicit ꝙ sedimen nigrū existens in medio vrine: vel in superiori parte in pluribus differē tijs peccat: quia in colore cuꝫ sit nigrū: in loco cū sit altū.

Sedimē nigrū in fundo solūmō peccat in vna differētia. s. in colore solū. In loco xº nō quia tenet locū debitū z legitimū sediminis naturalis. Sermo auctoris cōtinet falsitatē. Ex hoc qd̄ dicit sedimē nigrū i fundo solū peccat in vno: quia ꝑm veritatē peccat in multis. s. in loco in substātia: z in colore. In loco q: si esset in medio vrine nō tātū esset malum. Peccat ergo ꝑm locum: z ipse dicit ꝙ legitimū locū tenet. qd̄ est falsum. Peccat in substātia magis suspensuȝ vel altū. Illud sedimē nigrū qd̄ est in fundo: quia est substantie spisse z terrestris que nullo modo potuit subtiliari a calore: z ideo magis peccat i substātia. Egidius xº istud nō cōsiderauit. Peccat etiā in colore vt dictū ast. Nō ergo peccat solū in vno nigrū sedimē in fundo. Se peccat in multis z sic cōcludit ꝙ inter omnes species sediminis deteri⁹ ē sedimē nigrū: z adhuc magis qd̄ est in fungo nigrū. Et ista sufficiāt de cōsiderationib⁹ vrinaꝝ. ¶ Cōmētū. Nature. ¶ In isto vltimo capitulo ꝑponit de nigro sedimine qd̄ detestabili⁹ ē oīb⁹ alijs specieb⁹ sediminū q: significat mortificationē: quia nigruȝ sedimen si occupat fundum peius est ꝙ̄ Eneorima nigrum: vt patet. Sed eneorima nigrum peccat in pluribus. s. in colore: quia est nigrum in loco quia est eleuatū. Solutio licet eneorima nigrum peccet in pluribus: z sedimen nigrum peccet in paucioribus. tamen maius peccatum est in sedimine nigro ꝙ̄ sit peccatum nigri eneorimatis quāuis peccet in pluribus. Quātitas enim quandoqȝ vincit nūerū in malicia. Nigrum ergo sedimen peius est quia significat cāȝ mortis magis abūdare. Unde sedimē tale ex abundantia siue maliciei z terrestreitate deorsum deprimitur. Illud xº qd̄ significat cām mortis min⁹ abūdare sursuȝ tēdit. Uel aliter pōt intelligi nigrum sedimē sigt calorē naturalē penit⁹ eē extinctū. vñ ab ipso nulla potest fieri resolutio: z q: nulla resolutio fit nulla gñat vētositas in corpe: z q: nulla gñat vētositas nulla pōt esse

causa qua possit sedimen impelli in ꝑtem supiorez:qđ est ꝑpter vltimatam extinctionē caloris naturalis.Et cū ex defectu resolutiōis nulla generet ventositas:/mortale et summū ꝑiculū.Eneorima ꝟo nigrū ⁊ si ostēdat naturalis caloris extinctionē:tñ q₂ est impulsio facta ex vētositate significat aliquātulū vigorē caloris naturalis:ex cuiꝰ reso lutione ventositas ꝓcessit q̄ sedimē impullit.lr̄a plana ē ¶ Nō ideo plusidest i quātitate.¶ Culmēq₃ vigoris.i. altitudinē vel formā piramidalē.Cū em̄ calor sit fortis suū sublectū eleuat sicut videmus:ꝙ iuuenes incedūt re cti ꝑpter caloris multitudinē ⁊ fortitudinē.Senes aūt in clinati ꝑpter eius defectū:⁊ calor huiusmodi reddit virtu tē vigorosaȝ.¶ Uigoris.i.virtutis.Alcius.i.ꝓfundiꝰ q₂ in radice sua ⁊ in ceutro suo.¶ Qđ summū causa huius iam declaratur cum hoc sedimē nigrū suspēsuȝ ⁊ altū plu ra indicat peccata q̄ꝫ sedimē nigrū residēs.qm̄ indicat vē tositatē quā non facit sedimē residēs.Sed videt ꝙ volue rit innuere ꝙ nigrū sedimē in fundo sit in loco suo natu rali.Sed nos dicimus prius ꝙ ille locus est ꝓprius ⁊ na turalis.ypostasis naturalis ⁊c.Sed naturale ⁊ in natu rale eundē locū naturalr̄ nō habebūt:ꝑpter hoc sane vel satis intelligit rationis oppositio hoc mō sedimē natās aut suspēsum qđ dicit eneorima peccat in loco ex vētosi tate q̄ debilitat calorē naturalē ⁊ spargit ⁊ soluit eius ꝯti nuitatē.Unde peccat in duobus.Sedimē ꝟo residēs tm̄ in vno Sȝ certe si velis subtiliter ꝑscrutari veritatem rei ꝟmo auctoris est simplr̄ falsus:qm̄ sedimē residēs maiorē defectū caloris naturalis significat q̄ꝫ suspensum.Signi ficat em̄ suspēsuȝ.pctm̄ in suba.Diuellitur eniȝ suba in eo.sed sedimen in fundo:non.Et dico ꝙ sedimē nigrum residēs plus peccat in suba q̄ꝫ suspēsum:quoniā nulo mō subtiliatur a colore.Suspēsuȝ aūt subtiliatur aliquo mo do:sed hic solū ad extrema respexit ⁊ vētositatem discon tinuantem ꝯsiderauit in suspenso q₂ in alio neutrū inue

nit. Et ideo plura peccata posuit in suspenso q in residente cum & hoc sit propter ventositatem suspensum et aliud naturam: seu ipostasis proprietatem habet. et sic poteris aliquo modo auctorem defendere quoniam stuporem facit audientibus in suo modo loquendi. ¶ In vno residens talis aut in vno loco. Vel dic secundum eu q si peccat in loco cu sic valde graue q hoc pbat. ¶ Theophilis &c. Plura peccata in numero significat tamen suu vitium in quantitate: & fm veritatem non est tantum quantum sediminis residentis. Residuum sermonis est intellectum. ¶ Et sic est finis ad laudem dei & beate marie virginis omniumq celi colarum. Amen

¶ Ultimum capitulum ponitur quo Egidius opus suum completum sigillat.



Unc mea completo respira musa labore,
Strige rotā. cursū cohibe cōpesce fluēta,
Claude musandini torrētes flumīs vn-
Ilo ōvltra equoci gazas plata salerni (das.
Spge nec vrsonis apices: nec dogmata mauri
Sobria claude larem metuens liuoris ocellum.
Ne tecum moueat contraria secta duellum.
Discolus & mordax vehemēs clamosus ianis
Quem sterili lolio pascit farragine cruda.
Insiat et infatuat. mons pessulanicus errans:
Ne probis fontem laceret formeq nitorem.
Obfuscet maculis. vereor clara basia figat.
Lenoni populo faciem nec casta reuelet.
Fimbria mōstretur quā non est tangere dignus

¶ Expositio. Nunc mea. ¶ Completo opere suo: et posita doctrina sua de vrina et vrine significationibus et pius contentis stilum sui operis narrando more metrice scribentium musam suam inuocans: orimo finez suo ope

ri assignans ipm sigillat͛ claudit. Scdo autēticat ꝛ ap-
probat hūc libellum autoritate alioꝝ pborum virorum
quoꝝ sniam imitat⁹ est. Tertio reprobat ꝛ vitupat medi
cos de pessulano monte ꝛ eoꝝ sequaces ppter eoꝝ erro
res. secūda ibi. Claude musandini. tertia ibi. Discolus ꝛ
mordax. Et hec tertia pars diuidit̄ in tres ptes. primo
redarguit illos medicos. scdo recōciliat̄ cū magistris mō
tispessulani ne maledicat̄ de ea. tertio vilipēdit vulgares
et idiotas ꝛ ignorātes vel scholares garrulos: ibi. secun
da Ne pbis: ibi. tertia Lenoni pplo: ¶ Nūc mea. litte-
ralis expositio. ¶ Mea musa. i. doctrina. Respira. i. finē
imponas. ¶ Cōpleto labore. i. finito libro. Strige rotā
idest siste mobile igeniū Egidij q̄ est capax oim sicut fi-
gura circularis rote. ¶ Cursum cohibe. i. finias studiuꝫ:
in quo nulla est quies sicut in cursu. ¶ Cōpesce fluenta
i. canones ꝛ regulas traditas: i hoc libro. Nota q̄ merito
assimilat scientiā flumini: qꝛ sicut flumē cōtinue labitur ꝛ
mutatur: ita sciētia a doctorib⁹ tradita in suis opinioni-
bus cōtinue seu quotidie diuersificat̄ ꝛ inouat̄. ¶ Clau-
de vndas torrentis flumis musandini. i. inundatiōes do
cumentoꝝ illius viri q̄ dictus est petrus musandin⁹: quē
imitatus ē Egidius. ¶ Nō prelata vltra gazas salerni
equiuoci. i. tu musa nō extēsa vltra thesaurum sciētie pbi
medici de salerno: qui vir dicebat̄ magister salern⁹. vnde
salernus equiuoce dicit̄ de viro isto ꝛ de ciuitate in qua
erat iste vir. ¶ Sparge nec vrsonis apices nec dogmata
mauri. i. nō excedas termios scientie magistri vrsonis et
magistri mauri q̄ etiā de vrinis tractauere. ¶ Sobria. i.
tu doctrina mea. ¶ Claude larē. i. finem impone. Me-
tuens liuoris ocellū. i. paruū oculū: qꝛ de cōsuetudine iui-
dentiū alteri est subclaudere ꝛ puificare oculū quo intuē
tur bona alioꝝ: vt fingant quasi se non videre talia bona
Liuoris. i. inuidie illoꝝ de mōtepessulano. Contraria se-
cta: idest iuidoꝝ de mōtepessulano q̄ Egidio inuidebant

de tam preclaro opere. ¶ Duellum.i.bellum. Mõspessulanicus errans.i.supbia medicoꝝ errantiũ de montepessulano. Discolus.i.diuersarũ ꝛ fallarum opinionum. Mordax.i.stimulans. Vehemens potens ad maledicendum. Clamosus.i.sophista clamator. Inanis.i.vacuus scientia. Inflat et infatuat.superbire facit medicum et enunciare verba parum perfecta. Quem scilicet medicuȝ. ¶ Pascit sterili lolio.i.inutili ꝛ mala doctrina que lolio assimilari potest:quod alias segetes deturpat:ꝛ comedentibus multa inducit nocumenta. ¶ Ne laceret.i.me dicus pessulanicus. Fontẽ scientie tue o mea musa. Probis.i.maledictis:vl' pbis.i.medicis de salerno q̇.pbi ꝛ boni medici sũt. ¶ Formeq̃ nitorẽ.i.splendorẽ tue pulchritudinis. Maculis.i.meledictis vereor timeo. ¶ Clara basia fiãt.s.cũ sapiẽtib9 magistris ꝛ doctorib9:vl' figat.i.medicus pessulan9. Nec reueles.i.nec ostẽdas. Faciẽ.i.librum. Nec casta fimbria mõstret:idest tua secreta ꝛ pudibũda que sub vestibus ꝛ fimbria velant nõ mõstrent. Lenoni pplo.i.reportatori maloꝝ verboꝝ. Quã.s.fimbriam idest secreta tua pudẽda. ¶ Nõ est dignus tãgere.s.populus leno et inuidus propter suam grossiciem.

¶ Sequitur de modo iudicandi vrinas.

Iste est modus iudicandi vrinas vnde sic est procedendum primo de colore. secundo de substantia.tertio de contentis. Est ergo hic modus talis:quia primo scire debes cuius est vrina scȝ viri vel mulieris. Item virum iuuenis vel senex:seu cuiuscũq̃ etatis. Itẽ si est diu q patitur vel nõ:hoc si egritudo de nouo orta sit vel antiqua. Deinde sequitur iudicium per hunc modum. Vrina ista colorata est colore nimium citrino:et ideo attestatur colere rubee. Turbata est ꝛ obũbrata ex materia putrefacta extra vasa ꝛ iõ triteo simplici vl' duplici laborat ex colera putrefctã extra vasa:ille vl' illa cui9 est hec vrina.

Et hoc dico quãtũ est de colore ꝛ suba. Circul⁹ est gros∣sus ꝛ niger ꝛ sigt dolorẽ capitis in illo vel in illa cuius est vrina. Itẽ sunt grana in circulo: et ostẽdunt reumatismũ vnde debet cõqueri de dolore capitis ex reumate ille vel illa. Sunt ibi alia grana que distãt linealiter sub circulo: et tarde redeũt ad circulũ: ꝛ ostẽdunt fluxũ humorꝫ a capi te ad pectus descendentiũ in illo vel in illa cuius est vrina vnde debet cõqueri de dolore pectoris ꝛ grauedine: ꝛ per cõpassionẽ de dolore stomachi ille vel illa cuius est vrina. Itẽ est ibi nubes cũ granis: ꝛ ostẽdũt siccitatẽ pectoris in illo vel in illa ꝛc. Itẽ furfuree resolutiões ꝛ squamose vt petaloides ꝛ crinoides q̃ sunt sicut quarta pars grani per totũ corpus vrine et ostendũt vniuersalẽ dissolutio∣nem illius cui⁹ est vrina. Itẽ est ibi quoddã cõtentũ atho mosum nigrũ: ꝛ sigt dolorẽ sub aliquo ipocũdrio scilicet dextro vel sinistro vnde debet cõqueri de dolore ipocun∣driorꝫ. Itẽ est ibi quoddã cõtentũ spermaticũ ꝛ trũbosũ qđ habet pilũ eleuatũ et sigt dolorẽ iuncturarꝫ illius cui⁹ est vrina hic nõ sunt alie resolutiones nec alia cõtenta: in si ista que dicta sunt: nisi quedã que sunt in fundo subfor ma cineris quorꝫ quedã vergũt in flauedinẽ ꝛ quedam in nigredinẽ: ꝛ habent adherentiã manifestã: ꝛ ostendũt in mulieribus retentionem menstruorꝫ vnde debet conque ri de retentione menstruorꝫ illa ꝛc. Hec eadẽ ostendũt in viris opilationem viarum epatis et splenis vnde debet conqueri de dolore splenis et epatis. Item sunt alia con tenta que sunt nigra opilatiua que quandoqꝫ apparent cum quibusdam resolutionibus squamosis in fundo vri∣ne: ꝛ ostendunt multam repletionem intestinorũ cum cõ stipatione vẽtris illius cuius est vrina. Et q2 sapiẽti pau ca sufficiunt ideo hec ad presens sufficiant: quia idem mo dus et idem cursus seruatur in omnibus alijs contentis in quibuibuscunqꝫ vrinis appareant.

De contentis vrinarum colore ꝛ substãtia.

¶ Color et suba vrine supra modum significant. Cōtentum sigt in quo mēbro materia morbi cōtinetur. Itē cōtentū spermaticū longū in forma pili in radice trumbosum. i grossum attestari habet supra dolorē mēbroꝝ iuncturaliū. i. arteticā significat. Itē ꝯtentū in fundo vrinalis grossuꝫ albū ⁊ trūbosum ⁊ quasi massa carnosa significat dissolutionē a renibus: siue descēsionē: ⁊ dicitur incurabilis egritudo renū: scꝫ in suba renū: q: vrina trāsiēs per renes cū sit mordicatiua vel incēsiua magis dissoluit ꝙ possint cōsolidare medicamina vñ incurabilis est. Itē nebula in supficie apparēs significat dolorē spūaliū. vñ significat ꝙ magnus dolor est in pulmone vel corde vel diafragmate. Itē grana sub circulo significāt repletionē stomachi. Itē in fundo grana residentia ⁊ nigra significāt repletionē intestinoꝝ: ⁊ ꝙ feces sunt putrefacte in intestinis. Itē squamosa nigra cū cōtentis nigris significant ꝯstipationē. Itē squamose resolutiones ⁊ pingues sigt supra ethicā scđe speciei. Circul9 grossus ⁊ aquosus et granulosus apparēs cū vrina discolorata scotomiā vł vertiginē cerebri ostēdit. Viridis color apparēs cū vrina significāte febrē ꝯtinuā frenesim ostēdit. Itē oīs ampulla grossa ⁊ viscosa valde late apparēs cuꝫ vrina remissa dolorem rerum ostendit. Cū vrina vero intensa ⁊ pauca cruditatem vrine ostendit. Item omne granum in circulo cū spuma intercisa reumatismū ostēdit. Stās vero linealiter sub circulo fluxū humoꝝ ad pectus vel ipocūdria ostēdit. Si ex obliquo sub medio circuli fuerit: putrefactionē humoꝝ i stomacho ostēdit. Sed si cū nubea aerea fuerit calorē pectoris designat. Spuma apparens in circulo cū vrina tincta ⁊ cōfusa: excessum caloris innaturalis in medijs mēbris cū putrefactione humoꝝ ostēdit. Si viscosa ⁊ ampuliosa fuerit: longitudinem egritudinis sigt. Si crocei coloris fuerit: calorē epatis sigt. Si residet in fundo cū spermaticis resolutionibus trumbosis:

vlceratione vesice significat. Ite ois pinguedo appares in toto corpore vrine: principiu ethice sigt. Residens, vo in fundo vrine: liquefactione renu significat. Ite humor residens in fundo cum contentis cinerosis spermaticis grauedinem intestinorum ostedit. Apparens sursum cu granulis: offensam pectoris ostendit. Ite si sanguis apparet in toto corpore vrine: vene ruptura in epate ostendit. Si paucus cu aliqua pinguedine: in renibus ostendit ruptura. Sed si paucus et trumbosus cu spermaticis resolutionibus trumbosis: ruptura vene in vesica ostendit Si arenosus cinerosus residens in fundo: nefresim ostendit. Si cum substantia oleagina: ethica ostendit. Si vero fuerit cu vrina radiosa: mundificatione splenis et epatis ostedit. Si vo cu vrina liuente per totu habete spumam ampullosa et alba: leucofantia ostendit. Si cu vrina significante febre: dissolutione corporis ostendit. Si vo appareat cu vrina cocussa habente circulum granulosum: sciaticam ostendit. Si vero appareat cu vrina significante flegma salsum: scabiem ostedit. Ite pilus apparens in toto corpore vrine: si vrina sit remissa macredine totius corporis ostendit. Si vo apparet in regione continuata ipsi circulo: strictura pectoris significat. Ite longus pilus residens in fundo: grauidinem renu ostendit. Ite si furfur resideat in fundo cum squamis latis: scabie vesice ostedit Si in toto corpore vrine significatis febrem grauedinem admotu significat. Si cum vrina oleagina et liuente: secundam speciem ethice ostendit. Si sanies et ampla et lata resideat in fundo: scabie vesice ostendit. Si vo fuerint parue resolutiones admixte notis spermaticis separatis: constipatione ventris ostedit. Si vero in toto corpore vrine significantis febrem: pigritiam admotu ostendit. Si cu vrina aliquantulu oleagina: prima specie ethice ostedit. Item si athomi albi residet in fundo et cu vrina radiosa aut diaphana: lepram ostendit. Si cum vrina granulo

sa: arteticam significat. Si niger fuerit athomus apparens in medio corporis vrine: apostemationē mēbri ostēdit. Itē si cōtentū spermaticum coagulatū in modū bō bicis resideat in fundo: mulierem concepisse significat. Item si pila fuerint lata: et in modū lane et cū circulo granuloso: paralisim ostendit. Itē si fuerit rotundū in radice cum quodā pilo sibi admixto: arteticam ostēdit. Item si contentū spermaticū fuerit cum quadā nigredine: strāguriā significat. Item si fuerint plura et lactea i toto corpore vrine: pollutionē aut coitū precessisse significat. Item si cōtenta cinerosa apparēt in vrina separata vergentia ad albedinē quādam a nigridine: intestinorū repletionem ostēdit. Item si ex toto nigra fuerit et grossa et separata: retentionem emoroidarum ostēdit. Si ex toto nigra habentia adherentiā: retentionē mēstruorū ostendit. Si vero cū vrina grossa cōfusa: precipitationē matricis ostendit. Itē si quedā alba quedā nigra habētia adherentiā cū vrina radiosa: opilationem splenis et epatis ostendit. Item ipostasis residēs in fundo cum omnibus suis differētijs: completam digestionem significat.

¶ Docet vnde causantur colores.

Queritur de sufficientia colorum. Dicendum est quod colores causantur ab humoribus. Sed omnis humor aut est simplex aut cōpositus: ergo causatur color aut ex simplici aut ex composito. Si ex simplici: sic habemus ex vnoquoque humore vnum colorem. Unde a sanguine colorem rubeum obfuscum. A colera colorem nimium citrinum. A melencolia glaucum. A flegmate album. Item possunt humores commisceri: et quorūdam humorum commixtio est possibilis: et quorūdam impossibilis. Possibilis est: vt sanguinis et colere. Sanguinis et flegmatis. Flegmatis et melancolie. Melancolie et colere. Impossibilis commixtio est. vt flegmatis et co

lere: tamen admiscentur cū sint in locis vicinis: sicut fle-
gma in ore stomachi ⁊ colera in fundo. Est ēt ipossibilis
cōmixtio sanguinis ⁊ melācolie. Si aūt flegma admiscea
tur cū melēcolia: aut illa cōmixtio erit equalis aut ineq̄-
lis. Si equalis erit color karopos. Si iequalis ⁊ flegma
erit supabundās erit color lacteus. Si melācolia erit co-
lor glauc⁹. Itē si fiat cōmixtio colere ⁊ flegmatis: aut erit
equalis aut inequalis. Si equalis erit color citrinus. Si
inequalis ⁊ flegma supabundat erit color pallidus ⁊ sub-
pallid⁹. Si colera supabūdat erit color subcitrin⁹. Si āt
obijciat̄ ꝙ qn̄ colera supabūdat debet esse intensior ꝙ̄ qn̄
cōmixtio est equalis. Respondendū est ꝙ nō dicit̄ color
citrinus ex illa equali cōmixtione sꝫ rōne temperātie: qm̄
caliditatē ⁊ siccitatē colere tēperat flegma: et color citri-
nus est tēperātior oībus coloribus. Et ppter hoc de ta-
li cōmixtione est color citrinus nō rōne intentionis ⁊ re-
missionis: sed rōne temperātie. Si fiat cōmixtio colere ⁊
sanguinis: aut erit equalis aut inequalis. Si fit equalis
erit color ruffus. Si inequalis ⁊ colera supabūdat erit co
lor subruffus. Si sanguis supabundat erit color rubeus
Item pōt fieri cōmixtio colere aduste ⁊ sanguinis adu-
sti: et illa cōmixtio aut erit equalis aut inequalis. Si eq̄-
lis erit color inopos. Si inequalis et sanguis supabūda
uerit tunc erit color rubicūdus. Sꝫ si colera supabūdat
sic erit color subrubicūd⁹. Itē color kianos ex cōmixtio-
ne oīm humorū corruptoꝝ generat̄. Color aūt viridis ⁊
liuidis causatur ex albo ⁊ nigro. Si niger vincat album
erit color viridis. Si albus vincat nigrū erit color liuid⁹
Et hec est sufficientia oīm colorū. Sed si queratur quare
non fit color ex alijs humoribus q̄ possunt cōmisceri: di-
cendū est ꝙ non cōueniunt nisi in qualitatibus passiuis:
et color causatur tantūmodo ab actiuis.

¶ Et sic est finis ad laudē omnipotentis dei ⁊ sue ge
nitricis omniumqꝫ celicolarum. Amen.

❡ Venantius mutius de camerino. Alexādro de bartholacijs de mōte vlmi. salutē plurimā dicit. Suscepi nuper amicorum optime. Alexāder ac patrie tue honor et decus cōmuni iuuenū medecine studentū vtilitate ductus opuscula duo corrigēda: pulcherrima quidē maximeque cognitu necessaria quorum alterū de pulsibus alterū de vrinis inscriptum est. Hanc emēdationē meā cū alicuius docti periti que iudico subijcere vellem: tu mihi occurristi hac dign9 sensura Noui enim iampridem ingenij tui acumē atque sum maz: tuz in alijs rebus omnib9 tū in hac medēdi arte diligētiā atque peritiā. Hic accedit noster amor ac mutua beniuolentia qua effectū est vt tuū potius quam alcuius alteri9 examē subirē. Probe nāque scio te vt verū amicum decet. ab omni simulatione atque adulatione alienū esse: ac precipue in hac re que si recte perfecta fuerit: non dubito quin et vtilima et gratissima studiosis iuuenib9 sit futura. Quare perlege queso hec duo opuscula atque castigatiōes meas diligenter perpēde: necnō vt tibi videbitur: corrige quo audaci9 ea impressorib9 trāscribēda tradere possum9 Vale.



Vattuor sunt mēbra pricipalia: quib9 humani corporis machina firmis: basibus et fundamentis roborata consistit s. cerebrum: cor epar et testiculi. Dicunt autem principia non quod ad cuiusque horum interemptionez sequatur interemptio et destructio animalis. Ablatis enim testiculis ab humano corpore quāuis deformet corpus et in femineā degeneret naturā nō ideo interimitur nec statim substātie denegatur. Sed ideo principalia dicuntur quia toto corpori dominātur et principant secundum dispositionem et secundum moderationem virtutū. Secūdum dispositionez principantur quia si in vnū cōcurrāt crases principiorum perfecte secundum eas totum corpus disponetur. Secūdum virtutum moderationem. quia in cerebro pricipat virtus motiua et

sensibilis. et principaliter in corde. fundatur virtus vegeta
tiua et spiritualis. In epate principatur siue dominatur
virtus/augmētatiua et nutribilis. in testiculis luxuriatur
et iocūdatur ꝓpagatiua et generabilis. Harū quattuor
virtutū cōmunior et vtilior et latius patens ceteris est nu-
tribilis et natura prior. Nam ante aīe infusionē suos mo
tus in corpore experitur. Cum enī corpus humanū sit
fluxibile et tributariū dissolutionis: necessario deficeret
nisi virtus nutribilis deperdita restauraret et toto tem
pore vnionis aīe ad corpus operatur et vniuersaꝫ existē-
tiā cōmittatᵣ. Unde iugis et inseparabilis comes et socia
nature: et magis intrinseca et fidelis est. Unde cū virt⁹ nu
tribilis nō possit operari sine fundamēto cui innitiᵣ. Et
epar sit eius principale subiectū vel fundamentū ꝯuenit
epar prius eē formatū ceteris mēbris. Et corpis edificiū
ab epate tanq̄ ad fundamēto primario cōsurgit. iō epar
prima radix corporis iudicatur. Uirtus vegetabilis et si
sit dignior: q2 corpus ad altiorē locum vel gradū ꝓuehit
et ip̄m vegetabili splēdore illustrat: tamen natura poste
rior est: nec est corpori coequalis. Et si illud opereᵣ ante
infusionē anime: exiliter tamē et semiplene actionē suam
exequiᵣ. Ante infusionē aīe viuit corp⁹ nō aīa nec anima-
tione: sed vegetatione sicut arbores spiritu viriditatꝭ ve
getātur toto ꝓo tp̄e mutationis aīe et corporis spūalis
virtus aduegetaᵣ vel negociaᵣ super mēbrū in quo fun-
data est. et virtus illa dignitate vel eminentia in corde.
Sed natura et tp̄e formatiōis posteri⁹. Uirtus motiua et
sensibilis excellentior est precedētib⁹ prelatione dignita
tis. Soli enī militat aīe. Item ab aīa ꝓcedit: sed est tp̄e
et natura posterior. Nam ante aīe infusionē virt⁹ hec est
impedita. Nec valet operari. ꝓpterea enim ex infusione
aīe contrahiᵣ. Sicut aūt virtus sensibilis posterior est et
tēporis ratione. et nature cōditione. Sic et mēbrum qđ est
huius virtutis fundamentū: postea est formatum. Quar

ta virtus que ppagatiua est et generabilis ceteris virtu
tibus indignior est natura et tēpore posterior indignior:
q: non est substantialis corpori nec:adeo necessaria: nec
ad nature spectat essentiā:sicut cetere virtutes: sine qb⁹
et earum etatibus nō pōt cōtinuari essentia: et pōt dici
peior ex natura humane cōplexionis et ↄpositionis po
sterior tēpore et natura q: talis virtus ad degerendū nō
mouet in corpore ante illusionē aīe:nec post illusionem
ipsius:nisi in tempore pubertatis ossibus medulla reple
tis augmētatis humoribus:confortato calore naturali
ampliatis meatibus causa coitus:etatis feruore cōcurrē
tibus.Tūc quidē hec virtus excellēter.et egregie ad sue
operationis ministrationē vl' ministeriū ex causaꝝ humi
ditate puocat.Hec aūt operatio est effrenis sicut aliaꝝ
virtutū.Cū eñi effrenato cursu hec virtus aliquādo tpe
suā cōtinuat actionē:eneruat corp⁹ et tabescit:et in defe
ctum declinat corpus.Unde certū est, ꝙ hec virtutꝫ, ope
ratio nō est ita subalis nature et necessaria:cū ex sua cōti
nua actiōe corporis pariat defectū:et aīale corpus iugiter
et indesinēter expirat:inspirat et respirat:et aīa vegetabi
li illustratū ↄtinue mēbra degerūt:appetūt:retinētvt ab
aliqb⁹ supfluis corp⁹ mūdēt:ↄtinue mouētur.Sūt itaqꝫ
hui⁹ virtutis hīj effect⁹ magis effrenes et magis violenti
et nequaqꝫ virtutis generalis effect⁹:cui⁹ opatio in mul
tis suspendit:in quibus ad petrā ↄtinētie paruuli allidū
tur.In aliīs vo ppter frigidā testiculorum cresim talis
actio ipedit:q: ex causis, ad coitū ↄcurrētib⁹ priuāt. in
de est ꝙ hec virtus nature nō ↄuenit:nisi propter propa
gationem vt rerū genera per multiplicationē particula
rium ne intereant cōseruātur.Homo eñi non continue
durat:oportet ergo vt permaneat successiue virtuti pro
pagatiue suū membrū simile et conforme: principalibus
ceteris indignius:et posterius tēpore sibi formā speciem
vendicauit.Cū itaqꝫ cor et epar tāto principis pīudicio

preferātur: ideo ꝯm crases istoꝝ mēbroꝝ teste Gallie. in tegni. Totū corpus disponeꝭ nō a crebro et nō a testiculis asserit Gallie. totū corpus suā trahere dispositiones sed cordi tm̄ et epati hoc debeꝭ inde est ꝙ veterū philosophoꝝ studiosa intētio ad hoꝝ mēbroꝝ naturas ⁊ habitudines inuestigandas fuit maxime laborari sed nō potuerunt melius ꝓpēdi ⁊ expressius inuestigari ꝙ iudicio pulsuū ⁊ discretioue vrinaꝝ. Videtur em̄ fideli testimonio dispositionē epatis ⁊ mēbroꝝ sibi ꝯmunicantiū dilucida. Pulsus ꝟo cordis habitudinē: vite tenorē: spirituū assistentiā declarat. De doctrina vrinaꝝ varij ⁊ multiplices tractatus reperiūtur ꝓpter quoꝝ cōfusionē libellū noue edictionis cōponētes sub volumine breuitatis cōstruximus: vt scholariū nostroꝝ eruditionē cōsulerem⁹ ⁊ ꝯmuni vtilitati inseruirem⁹: q̇ liber incorrectus ⁊ incastigatus a nobis est elapsus. Subito em̄ in lucē ꝑdijt: et nō expectans tp̄s editionis legitimū factus est abortiu⁹: vt non de facili posset reuocari cū iam in manus pluriū venerit scriptura mala attritus: ⁊ dedignatus abscōdi: est in labijs singuloꝝ q̇ ꝙuis cū palā liuoris morsib⁹ obtrectēt: ex eo tm̄ suā locupletāt paupertatē ⁊ penuriā: ⁊ sui intellectus reficiūt ariditatē. Doctrinā pulsuū pauci aut nulli dederūt pfectā: vel nō diminutā dederūt scientiā Gallie ꝟo ex multa ꝑlixitate voluminū ⁊ libroꝝ varietate: et verboꝝ ꝑlixitate confusionē inducit: ⁊ veritatē turbauit Omnis em̄ ꝯfusio nouerca est veritatis. Eustachius in pantegni de doctrina pulsuū intendēs multas varietates ⁊ differētias ꝓponit: que per sui multiplicantem vix possunt cōprehēdi loquelis ratiōis humane. Philaret⁹ autem sub tanto breuitatis volumine predictorum confusionem studuit coartare: qui caribidim cōfusionis volens effugere in sillam obscure breuitatis: que obscuritas est inimica doctrine. Unde liber Philareti iudicio meo a consortio horum librorum: et artis dignus est ꝓphana

ri. Ueruntamen nos meliorem eligentes semitã breuitatẽ ꝛ confusionẽ abhorrẽtes de pulsuũ differentijs cõponentes libellũ ex vtroq contẽperamentũ facimus: vt mediocritate seruata scholariũ nostroꝝ qui doctrine nostre edulio cibãtur intelligentie seruiam9. Scribim9 aũt ꝑm artificiũ metrice positionis siue rationis vt verba nexinus pedũ ligata sub sigillo memorie fidelius claudantur: ꝛ certior doctrina operetur. Ab huius operis vestibulo planeticos et falsos discursores monachos q̃ norma religiõis abutẽtes pelle monochali remota de huius artis mysterio presumimus vt ꝓphanari. Talibus eñi hui9 operis secreta noluimus ꝓpalari: nec margarite spargẽde sunt porcis: nec philosophie mysteria diuulgãda sunt imperitis. Oẽs ergo tales sic submouemus: vt q̃ capere intellectu nequeũt ad ea legenda videantur indigni. Que vero in aliquorum librorum principijs inuestigari solent in huius operis etiã principio inuestigãda occurrunt: scȝ que sit auctoris intentio que causa intentionis que vtilitas ad' quã partẽ philosophie expectet qui modus agendi: q̃ libri diuisio: qui libri ordo tractandi: qui titul9. Intentio auctoris est in hoc opere doctrinã tradere de pulsibus cõpendiose ostẽdendo immutationẽ pulsuũ: ꝛ causas immutationũ: ꝛ genera et differẽtias. Causa intẽtionis est cõmunis oĩum scȝ vtilitas et latinitatis indigẽtia de doctrina pulsuum. Utilitas est p̄ntium humani corporis dispsitionũ cognitio ꝛ futuraꝝ pre cognitio ꝛ preteritaꝝ rememoratio ꝛ hoc tam in sanis q̃ in egris et in neutris. Liber iste pro maiori parte ꝑtinet ad philosophiam et mediãte philosophia ad naturalem scientiã scȝ ad phisicã. Modus agendi est diffinitiu9 ꝛ diuisiuus. Diffinitiuus: qꝛ oĩa genera pulsuũ diffinit ꝛ significatiões differẽtiaꝝ determinat: qđ est diffinitiuã ꝑtinet doctrinam. Diuisiuus qꝛ oĩa genera pulsuũ in diuersa partit: ꝛ cause immutationũ in diuersas species trina sectione distri-

buitur. Diuiditur ergo in tres portiones liber iste. In prima agit generaliter de decē generibus pulsuum diffiniendo: et de quinqꝫ cōsiderationibꝫ ſm quas differentie pulſus diſcernuntur. Secundo de ſpeciebus generum et de circūſtantijs et cauſis ex quibus pulſus nominatur. Tertio aſſerit principaliter de ſignificationibus pulſuuꝫ vnaqueqꝫ tamen partitio ſuum habet ordinem tractandi ſibi ſpecialem, et proprium: quod ex littera erit manifeſtum. Titulum erubeſco exponere: quia Paſcitur in viuis liuor poſt facta quieſcit. Cum ſuus ex merito queqꝫ tuetur honor. Sed ne huiꝫ libri auctoritas in laudem detractoris infanda tituli mutatione conuertatur: ne alijs grana que non ſeminauit colligere preſumat demiſſo vultu et verenda fronte titulum ſupponimus: vt detractor falſigrafus noſtram monetā in genij et laboris: alia imagine et adulterina effigiare non poſſit. Tunc ergo ſit titulus talis. Finis.

¶ Incipit liber magiſtri Egidij de pulſibus matrice compoſitus.


Ingenij vires modicis conatibus impar
Materies oneroſa pmit pplexa figuris.
Ardua difficilis nodoſa imperuia pūis.
Ardua mollimur nulli tentata priorum.
Qui tanti prerupta maris tranſire volentes.
Non freti ratis officio vel remigis vſu.
Sed pedibus metricis et ſicco calce vadamus.
Artificis tractum fidis in conuina recuſat.
Verbaqꝫ iunctura non articulata decenti.
Nexibus arctari metrice compaginis horrent.
Quanto res grauior quanto minus apta reſolui.

Ad veniam tanto procliuior esse meretur.
Ipsa rei grauitas siquid peccauerit auctor.
Offensam culpe leuat absoluitqꝫ reatum.

¶ Incipit cõmentũ magistri Gentilis de Fulgineo super tractatu pulsuũ magistri Egidij.



Ingenij vires. ¶ Auctor more recte scribentis operi suo pscribit pemium. in quo leges et debita proemij decenter exoluit. Captat em̃ beniuolentiã auditorꝝ cum ostendat vix oratione metrica tractari posse. Tractatus vtilis est valde ad doctrinã. ¶ Materies Attentionem excitat vbi arduitatem materie plixitatẽqꝫ insinuat. In vero docilitatem venatur qd̃ ex littera ppendimꝰ. Materia est de pulsuuꝫ diuersitate. ¶ Onerosa.idest grauis et difficultatis molle cõprimens ingenium tractandi. ¶ Premit. Uires ingenij humiles et debiles respectu difficultatis. ¶ Perplexa.idest intricata et inuoluta ad naturam reducitur. Figuris.idest varijs contrarijs dictis in mutationibus ⁊ significationibꝰ pulsuuꝫ.quibus ipsa materia figuratur. ¶ Ardua difficilis. Hec omnia inculcant difficultatẽ operis. ⁊ hic excitat attentionem. Nulli tentata:idest nulli predecessorꝝ nostrorꝝ ausi sunt aggredi tanti plixitatem operis ⁊ arduitatem pedibus metricis innodare. ¶ Qui tanti prerupta.idest materie pfunditatem que mari comparatur pp̃ter confusionem. ¶ Non freti ratis.idest psaice orationis. Prosaica oratio assimulatur rati et metrica pedum vadationi. Materia pulsus est profunda ⁊ comparatur mari per quandam metaphoram sicut enim nauta in mari in naui firmissima existens profundum maris securius penetrat q̃ si pedes ire presumeret. Sic animus mare tractantis tam confuse materie remigio prosaice orationis melius Et securius pertransit q̃ si inde pedibus me-

trice orationis eandez materiam aggrederet trāsineare. ¶ Finis inconcinia. Alia metaphora per quam difficultas operis datur vel ostenditur. tracta est a cithara et fidicula: que si chordas habeat dissonas et incontinuas nec plectro artificis bene pparatas siue temperatas: ad tactum nullam reddit consonantiā. Sed etiam hec materia tantā habet verboꝝ inconsonantiā ꝛ incōntinuitatez ꝙ ex eis metrice orationis resultare sonoritas vix poterit. ¶ Quanto res grauior. Per hoc petit veniam si aliquid peccauerit in tractando excusans se a difficultate materie.

¶ De complexione cordis et forma et compositione et de officio eiusdem.

Cor vite sedes vitalis fida caloris.
Mensio: nature basis vnica sol microcosmi.
Viuifici thalam⁹: thronus et penetrale vigoris.
In quo fonticulus scaturit qui fomite puro
Mēbra regit vegetat. auget disponit adurit.
Hinc stabiles nūeros et phisica vincula reqras
Ex quibus humane constant fundamina vite.
Ex semētinis hanc incolit insita causis.
Et sibi germanā reddit vis ignea sedem.
Unde datur membro species cognata calori.
In conum cōsurgit apex terrestria fundant.
Edificātꝗ basim sursum leuiora feruntur.

¶ Cor vite. Finito proemio aggredit ppositum principale vt tractet de materia pulsuū: sed anteꝗ̄ aggrediatur suam materiam et pulsuū distinctionem: quedam pambula premittit et antecessoria ad principale: quibus lector ad intelligentiā: sequentiū prōptior expeditioni accedat. Primo itaꝗ differit de cōplexione cordis et de forma ꝛ cōpositione et officio eius: qꝺ a complexione ꝛ forma tra

hic originem. Et nota q supremus artifex disposuit pui de cūcta. z cor q̄si queadmodū solē in medio microscomi locauit ipmq valde calidū ignitū rotūdū ɔcauū z cōuexū stabiliuit faciēdū q2 est fundamētū calidi naturalis z vitalis spiritꝰ domicilium cuius beneficio totū corpꝰ calefit z vegetatur. Omne em̄ calidum teste. Philastrato velociter mobile de natura. Cor em̄ necessario oportuit mobilitati acqescere vt per eius motū vitalis spūs infunderet in membris cuius infusio vniuersum corpus habet vegetare z viuificare. rotūdum est: sed tamē nō expsse s3 ꝑmanet in modū coni dispositū: q2 rotūda forma amica est z consentanea motionis. Sentit nanq phs: q omne rotūdū de natura sui est mobile vel volubile. Item forma rotūda perfectior est z incorrubilitati magis vicinatur propter carentiam angulorum. Dicit enim Constātinus in libro oculorum: q forma rotunda in lateribus est elisa circūq q declinis nō habēs angulos in quibus cōtineatur supfluitas prestitura lesionē que si haberet angulos in quibus macula supfluitatis adheret. cor esset trigonū vel alterius forme: et in angulis rubigo adherēs cām dissolutionis prestaret. cor est cōuexū z concauū: vt intra sue cōcauitatis cellulas sanguinē cum spiritu naturali sibi ab epate missum acciperet z vitalē spiritū se liberius cōtineret: z vt etiā aerem a pulmone spiratū prōptius attraheret. z ad temperandū calidū innate estuatiōis. nā si esset intus solidū z expers cōuexitatis mediarum partiū interpositiōe impediret constrictio ex qua cōsurgit dilatatio Interdicta ꝟo dilatatiōe z cōstrictiōe nulla vitalis spiritus ꝑ arterias exufflatio fieret: z ita a naturali officio intra cor necessario deficeret. ¶ Cor vite. i. sedes vniuersalis viuificatiōis domiciliū. ¶ Fida mēsio. i. fidelis habitatio. ¶ Vitalis caloris. i. spūs a quo oīa mēbra calefiūt ¶ Basis vnica. i. fundamētū: sicut em̄ fundamētū est id quo edificiū innitit: ita tota microcosmi machina corde

tāq̄ firma basi ꝛ p̄cipua roboraṫ. ¶ Unica. nō sola sꝫ p̄n cipalis. Sūt equidē alie bases microcosmi: sꝫ hec est p̄cel lentior vt a p̄ncipio. i. ꝓemio docuimus vbi q̄ttuor prin cipaliū membroꝝ multa discussimꝰ. ¶ Sol microcosmi. Sicut em̄ in maiori mundo q̇ diciṫ macrocosmꝰ solis bn̄ ficio oia irradiātur: illustrātur calefiunt: ꝛ cōfortanṫ: ꝛ au gmētanda augmētātur: terrena sciētia ad cōceptionē ꝛ partū vocaṫ. qn̄ ꝓo absentaṫ a nobis ad oppositā regio nē ꝛ ad antarticuꝫ delegaṫ cardinem: ꝛ qn̄ nubes sua op positione nobis suū furātur aspectum inferiora suo frau danṫ bn̄ficio ꝛ aer tristis ꝛ caliginosus dānatur ob absen tiam caliditatis. Simili mō a sole nostri corpis. i. cordis oia mēbra calefiunt vegetātur ad nutrimētuꝫ ꝛ ad repa rationē deꝑditaruꝫ partiū inuitātur. Et si nubes fumosi tatis ip̄m obtenebraret: vel alia causa repētina immutet ad eclipsim ꝓperat corpus humanū ꝛ luce vegetationis priuaṫ. ¶ Uiuifici thalamus. In thalamo luxuriātur et iocūdanṫ hoies: lasciuiunt ꝛ recreanṫ tristes ꝛ inoportu nos ꝛ supstitiosos absentāt. Similiter ī thalamo cordis in quo celebrātur aīo nuptie ꝛ nature viuificis spiritibus medijs tanq̄ seruis ꝛ vernaculis ministrantibus nature anime matrimonio gaudēs ex oblectamēto tēperātie hi lascit ꝛ cōfortaṫ nubere: melācoliā ꝛ rancoreꝫ eliminat: et sanguine puro ꝛ sincero sue recreationis adipē sortitur. Ideoq̄ iure cor thalamꝰ vitalis spūs ꝛ vigoris dicitur. ¶ Thronus. q2 sicut in throno principantur reges: sic in corde regnat ꝛ suū imperiū tenet calor naturalis. ¶ Pe netrale. Secretior pars domus est. ꝛ cor est corpis huma ni ps secretior ad quā tanq̄ ad magis clausam alijs pti bus extinctis vis mortificatōis tardiꝰ erumpit. vn̄ mors describitur extinctio caloris naturalis in corde. sic enim non pōt vita debellari nisi eiꝰ turris pricipalis obseruet Cetera membra q̄si mapalia ꝛ appēdentia castro. quibꝰ abruptis principatus vite nō derogatur. ¶ In quo: scꝫ

corde. ¶ Scaturit.i.ebullit et estuat. Riuorum ꝛ aquaꝝ est de terra scaturire: que de terra extra impetuose saliũt et erũpũt. Aqua nãq feculẽta limi viscositatis ligata nõ scaturit. Calor quidẽ in corde scaturit ad similitudinẽ aq̃ salientis. Ecce ꝙ fonticulus.i.vitalis spũs cũ sanguine mũdo defecato: fons iugiter manans saliẽs in corpis vitam: nec arescere põt nisi cũ violẽtia siccauerit mortis: q̇ scꝫ fronticulus mẽbra regit tãꝙ presens ꝛ patronus corporis: ꝛ cor ea sustentat. ¶ Uegetat.i.viuificat sua infusione vel natura mediãte p mẽbra. ¶ Auget.q: vigore vitalis spũs ꝛ aialis naturali mediãte corp⁹ nutrit ꝛ augetur. Cũ em̃ mortificatũ est corpus: ꝛ a vitali spiritu destitutũ nõ nutrit. Qualiter ꝓo aie infusione nutriat corp⁹ et ante infusionẽ spũs vitalis ꝛ aialis mõtipedẽsib⁹ soluendũ relinquam⁹: vt inde modicũ exerceant. ¶ Disponit.i.totũ corpus sue ꝯplexioni assimulat ꝛ confortat: vt totũ totaliter acceptũ nã ossa nõ possunt primo mutari a sua crasi cũ sint frigida et sicca: sꝫ ptes toti corpori cõmunes. qđ plenius in tegni debet dici. ¶ Adaurat.i.euẽtat et refrigerat et attracti aeris mulcebritate cõtemperat. aliter em̃ totũ corpus a vehementia estuationis cãdesceret: nisi aer attractus a corde ꝛ aspiratus a pulmone flabello sue euentationis ipsum demulceret. ¶ Hinc Idest ab ipso corde tanꝙ a fundamẽto nature. ¶ Tu requiras. o Phisice rimator. ¶ Stabiles numeros ꝛ phisica vincula. Idest propositiones firmas que in numeris attenduntur: et phisicales modos ꝛ inuisibiles gũphos quibus anima est corpori irretita. Est em̃ certa mensura et certa proportionum meta in qua qualitas cordis in toto corpore et in quolibet aliorum membrorum calor debet excedere: que si infra illam metam subsistit magis ꝙ natura possit sustinere: vel suam metam trãsgrediat vita destruitur. ¶ Phisica vincula: idest vitalis spũs naturalis ꝛ aialis: quibus mediantibus aia cõiungit corpori illi

nancꝫ spūs licꝫ in discretis locis habeant generari tñ in corde robur: ⁊ inde ꝯfortationē recipiūt ex caliditate ēt cordis ⁊ naturali spiritu virtute caloris depurato in corde vitalis spūs reperit̃ ⁊ aīalis. ¶ Ex semētinis. Dixerat cor esse solē corporis: ⁊ fundamētum caloris naturalis: nūc assignat quare ita sit. ¶ Quia vis ignea. Idest naturalis calor cōtractus ex primis cōponentib⁹ q̄ cause semētine sint ⁊ originales: hāc sedē cordis inhabitat. ⁊ quodā federe germanitatis eam sedē deuotius amplectitur licꝫ eñ in qualibet parte corporis sit calor tāq̄ regitiuus totius corporis cor tamē sibi quasi firmaꝫ ⁊ stabileꝫ appropriat māsionem. ¶ Unde datur. Probat ex forma cordis cor esse naturalis caloris habitaculū habet siquidē formā pineatā ⁊ cono similē in imo grossuꝫ ⁊ rotundum quadā latitudine orbiculari diffusam superi⁹ v̾o tendēteꝫ in acutū que forma rei accōmodata ex virtute igneitatis ignis naturali motu suo tendit ad altū vel in acutū. Ex grossiorib⁹ ergo ꝑtib⁹ ⁊ aq̄siorib⁹ pl⁹ grossiciei ⁊ terrestreitatꝫ habētibus fit in imo cordis amplatio aquose partes impedite a terrestrib⁹: nō sequūtur motū intime cōstrictionis. Ex alterutra ergo partiū contradictione eius pars (inferior) grossa quadā orbiculatiōe rotundat̃. Ignee ergo partes et aeree sursum rapte impetu caloris raptu ꝓprie leuitatis ascēdentes: tendētes in acutū cordis summitatē in modū coni vel piramidis cōstituit. Sed obijcitur quare cor in humano corpore sic dispositū est: q꜡ ꝫm dispositionem cordis cor in summitate grossum est: ⁊ inferius acutū. Uñ ꝫm dispositionē istā ratio predicta infringit̃. Ad hoc dicim⁹ q꜡ ꝫm grecos homo dicitur antropos: quasi sursum cōuersus: ⁊ assimilat̃ arbori inuerse. sicut eñ arbor inuersa habet radicem constitutam sursum et a radice ramos procedētes inferius sic homo cerebrum que est radix totius corporis habet superius ortum. cetera v̾o membra a cerebro tanq̄ a ra-

dice mediantibus neruis pgredientia habet constituta deorsum. ita sm dispositionis huius ordinem cor in superiori parte obtusius est. inferiori vero respectu huius ordinis acutius est: sed naturali ordine positiōis inspecto. cum omnis radix debeat supponi et rami eleuari: erit sm hunc nature ordinē cor in summo acutum et imo grossius et obtusum. ¶ Basim. Idest fundamentum substantie cordis. quod terrestribus partibus in imo residentibus compositum est.

De motu cordis.

Effreno rapitur motu: nunc surgit in arsim.
Nunc aduersa thesis ipm premit emula centri.
Continuo motu res feruida posset aduri:
Deficeret: traheretqz sui dispendia motus.
Sed pulmo madidus: crudiqz homoris alunnus
Multis distinctus cameris fouet ignea cordis.
Blando concepti spiraminis ore flabello.

¶ Effreno. Postqꝫ egit auctor de conplexone et forma cordis et officio ostendit hic motum eius. Ad hoc sciendus qꝫ sunt tres motus in humano corpore. Primus nature tm̄. Secundus aīe. Tertius aīe et nature simul. Motus nature effrenis est et necessarius: irrationabilis et violentus: ex quo incepit desinere nescit donec compleatur. Unde reprehendimus errorem quorūdam qui asserebāt motum cordis fieri per quosdā neruos descendentes a cerebro ad lacertos pectoris: quos lacertos ipsi nerui mouent. Lacerti moti mouent thoracem: et secum trahūt pulmonem: pulmo motus commouet cor: quia ab aula mee speculationis arbitror esse insufflandum. Motus enim cordis vt ait Gal. naturalis est: nec est in nostra potestate vt possit differri: vt motus anime. Motus anime voluntarius est: et ratio subiacet voluntati: et ratiōe moderatur: et administratur per neruos et spiritum anima-

lem:qui aīe neruaculus ⁊ preambulus est. Hunc motum possumus differre ⁊ retardare put volum⁹:sicut motum manus vel pedis vel alteri⁹ mēbri.Tertius mot⁹ q̇ medi us est pulmonis⁊ thoraicis:est ibi partim naturalis.Vñ ex toto nō pōt differri necessitate inducēte legē motiōis partim volūtarius est.vñ ad tēpus differri pōt ⁊ volun tas arbitriū sequit̃ qñ flatum suspēdimus:⁊ ab inspirato cessamus.In eo em̄ ꝙ differri pōt procedit ab anima:et est volūtarius in eo ꝙ ex toto differri non pōt sed necessi tate respirādi in actū reduci cogitur:a natura ꝓcedit:et est vniuersalis.Nō est itaq̧ ꝓportionalis motus cordis motui pulmonis.motus em̄ cordis prius duplicat̃ vl' tri plicatur ꝙ̄ motus pulmonis vel thoratis cōpleatur se mel.motus thoracis est ꝓportionalis motui pulmonis. Et motus cordis non respondet motui pulmonis.verū est si dexterā manū suꝑ leua mamilla applices:vel si pul suū in arterijs discernis naturā cōperies triplicē motuȝ prius cordis:ꝙ̄ semel ꝑfici motū pulmonis.Sed motui arteriaꝝ ꝓportionalis est mot⁹ cordis.Moto nāq̧ cor de mouet̃ arteria tota:sicut moto baculo in manu moue tur man⁹ ⁊ ēt baculus in summitate in medio ⁊ in princi pio.videtur em̄ alicui arteria moueri sȝ posteri⁹ ꝙ̄ cor cū non moueatur nisi ex motu cordis.Spūs em̄ vitalis qui cor dilatat et arterias nō pōt esse simul in corde ⁊ in ar terijs:sed tractu tēporis a corde in arterias diffunditur. Unde motui cordis dilatatio arteriaꝝ successiua esse vi det̃ qđ soluēt mōtipedēses.Motus itaq̧ cordis qui ꝑm assignatā rationē effrenis est ⁊ necessari⁹ duplex est.Ali⁹ est simplex:alius compositus.Simplex qui tm̄ consistit in dilatatione vel tm̄ in cōstrictione.Qui ex dilatatione et constrictione cōsistit cōpositus est ⁊ cōstat ex contra rijs motibus.Diastoles dilatatio et arsis sunt idē. Si stoles vero ꝯstrictio ⁊ thesis sunt idem.Et est diasto les mot⁹ cordis ad extrema.Sistoles ē circūstantiū ꝑtiū re

ductio ad centrū. Impetus ergo cordis et vehementia spūs in preelectis operat̄ dilatationē. & tantū durat dilatatiōis motus quantū ꝑmittit impet⁹ caloris & vehemētia siue violentia spūs impellentis. Diastolem itaq̄ operat̄ caliditas inducēs ebullitionē & spūs impellens. cessante itaq̄ aut languēte violentia impulsiōis remittitur motus dilatatiōis. Et tūc ex terrestri substātia cordis ꝓpter vehementiā partiū extremaꝝ & grauitatē eaꝝ fit cōpressio cordis. & extremaꝝ partiū adinuicem reductio. Motionis vero cordis varie & differentes sunt cause que a nobis quattuor eē dicūtur. Calida cordis cōpletio forma eius. & cōpositio cū terrestri substantia. & spūs cū fumosa superfluitate innatus. Quarta causa potest dici siue esse spūalis virtus q̄ a tribus precedentib⁹ procedit Sed qualiter ex spiritu impellente tanq̄ ministro: & calore tanq̄ artifice fiat dilatatio plenius ostēdemus. Sāguis per cōcauā venā ab epate cū naturali spiritu per dexterā cordis auriculā ingrediēs cordi ministrat̄ in cuius cōcauitate sanguis receptus locū calidissimum inueniens incipit ebullire. & ebulliēs resoluit̄ & rarificat̄ in fumum & spiritū. Differt aūt fumus a spiritu. Spūs enim subtilior est. fumus aūt grossior. Et est spūs inter ignē & aerem medius. igne obtusior. & aere subtilior. Fumus est inter aquā & aerē medius. aere grossior. & aqua subtilior. Fumus itaq̄ & spūs generati in corde ꝑ viā rarefactiōis ampliorē locū occupāt & cordis cōcauitatē replēt & distēdunt. inde fit cordis dilatatio. ꝙ aūt corpus rarefactum maiorē locū occupet ꝓbari potest auctoritate. ratione. & exemplo. Dicit enī Aristo. ex vno pugillo aque multos fieri pugillos aeris. hoc idē similiter ex alijs. Primū argumentū pōt adduci. Si castanea integra ignito cineri apponat̄ calor ignis humiditatē castanee in fumum resoluit fumus resolutus multo maior est quantitate quā habuit massa ex qua gñat̄. vnde maiorē locum occupat:

et locum in corticem ꝛ castaneam replet ꝛ distendit. Et cum intus nequeat contineri. quis intitur ad vaporationem ex quadā violētia sursum mouetur: ꝛ secum castaneā deportat nec eā repmi pmittit donec erupto cortice euaporet. Silr̄ fit cordis dilatatio ex fumo et spiritu ampliorem locum ꝙ sanguis occupātibus. Sed cōstrictio cordis ex sola eius pōderositate efficitur: sicut ad depssionē castanee sola eius grauitas sufficere videtur. Cū eñ motus cordis ꝫm diastolē ꝛ sistolē triplex fit causa. calida cōplexio cōpositio spiritus cum fumo innato. Sciendū ꝙ virtus opatiua que est quarta causa pcedit ab hijs trib⁹ que sic describit. Uirtus motiua est motus cordis ꝛ arteriaꝝ ꝛc. Obijcit de cōpressione cordis videtur ꝙ non sit opatio virtutis. Nam quādo incipit cōpressio virt⁹ opa desinit: nec iam aliquē motū exercet. Itē nec virtus pōt opari nisi aliquo spiritu mediāte: sed in compssione non mouet spūs: nec p ipm cōpssio fit sed pot⁹ ex coherētia partiū cordis qui cū sit grauis sube virtus sue grauitatis deorsum deprimit. Nō ergo opatiua virtus est motio cordis ꝛ arteriarū ꝫm diastolē ꝛ sistolem. sed ꝫm diastolem tm̄qꝺ obuiat auctori. Hoc argumētū soluēdū relinquam⁹ hijs qui in talib⁹ negociātur: vt habeāt materiā litigandi. Hijs explanatꝭ litterā exponamus. ¶ Effreno: idest violento ꝛ necessario ꝛ naturali intellige de cōposito motu q̄ ptes applicat cū subdit. ¶ Nūc. i. quādoꝙ surgi. ¶ In arsim. i. in diastolem ex calore ebullitionē faciēte ꝛ ex spiritu impellēte. ¶ Nūc. i. aliqñ cōpleta dilatatōe cessante impulsione spūs. ¶ Thesis. i. sistole. ¶ Aduersa. quia cōtrarius motus diastoles. ¶ Premit ipm. s. cor ex coherentia ꝛ grauitate ptiuꝫ. ¶ Thesis. dico. ¶ Emula: idest familiaris ꝛ amica. Centri. i. couexitatis cordis. ¶ Cōtinuo. Dixerat cor effreni ꝛ violēto raptu motum. vnde cum sit calidum ꝛ indefinēti ꝛ infrenato motu agitetur: posset inflāmari ꝛ incandescere: maxime cum sit calidū

et ignitum. Et tibi p͞bicalis methodus. q͞ solida corpora maxime sint calida ex motu calefiunt nec tm̄ calida: imo etiam q̄ frigida sunt ⁊ terrestria. In quadrigis ⁊ molēdi- nis circa axem vbi voluitur rota ex impetu effrenate vo- lutionis ignem accendi videmus. Qd̄ si fuerit in corde. humani corporis deficeret ⁊ discrimē dissolutionis incur reret. qd̄ nefiat natura prouida ⁊ discreta ⁊ in cūctis suis opationibꝰ sedula dispēsatrix pulmonē cōstituit tāq̄ fa- mulū ⁊ camerariū cordis ⁊ q̄ vētilabro cōcepte aereitatis contēperat cordis feruorē et igneam eius faciem flabello blande euentationis emulctet. ¶ Sed pulmo madidus Quia est flegmatis repcetaculū: ⁊ multa eliquatione hu- mectatur. ¶ Crudiq́ꝫ cruoris. i. flegmatis quia est crudꝰ humor: ⁊ primus indigestor: vt dicit Aristote. ⁊ Isaac in libro vrinarū: spumositatem sanguis sibi attrahit pulmo ab epate vt inde flegma faciat: ⁊ calidū suū contemperet. ¶ Multis cameris idest casulis ⁊ spōgiositatibꝰ quibus incameratus est: vt ītra sue camerositatis vētriculos ma- ior etiā quātitas valeat cōtineri ⁊ fideliꝰ ⁊ diutius retine ri Nam si plena esset sibi conuexitas expers spongiosi- tatis aer intus cōceptus statim exiret nec stabilem ha- beret mansionem: sed ex quo est calor cameris concauis intricatus diutius cōmoratur cuius diuturna conmemo ratio cordi necessaria est plurimū ad temperamentum et refrigeriū inspirationis. i. aeris inspirati.

¶ De causis motus cordis

Cordis forma crasis fumus vis spiritualis
Vernula virtutis tribuēs spiramia mēbris
Sunt arsis cause thesis ex sola grauitate.
Perficitur. dū deprimitur substantia per se.
Hinc regit ⁊ celebrat nature regula motum.
Cuius vis anime membris infusa vigorem.
Suscitat ⁊ reliquos virtutis temperat vsus

¶ Cordis forma. Que sunt cause mot⁹ cordis: dicit quarta distinctio q̄ suam lucem ex precedētibus vendicauit.
¶ Forma. Quantū ad eius rotunditatē: q̄ forma nobilitati cōgrua est nam om̄e rotundū est mobile de natura.
¶ Crasis. Idest calida eius cōplexio. om̄e nāq̧ calidū de natura velociter mobile. sicut om̄e frigidū tarde mobile. ¶ Fumus. Ex sanguine resoluto generat⁹: per partium rarefactionē: vnde ampliorē locū occupans inflat cor ꝛ dilatat. ¶ Vis spiritualis. Idest existēs in ipo corde. ¶ Vernula virtutis Spūs vitalis minister operationē secū defert. ꝛ virtutē spiritualē. ¶ Tribuēs spiramina. Idest spiramina vegetatiōis toti corpore infundens Hec oīa predicta cause sunt. ¶ Arsis Idest diastoles.
¶ Sed thesis. Que est extremarū partiū reductio ad cētrum. ¶ Perficit. Ex sola grauitate ꝛ coherētia ꝛ terre streitate substātie. ¶ Cū deprimit. Idest i motu ꝓprie grauitatis: nulla spūs ipulsiōe ad hoc operāte. ¶ Hūc regit ꝛ celebrat. Dixerat auctor motū cordis eē effrenē ꝛ necessariū. q: fit a natura tm̄. Inde videt alicui ꝙ soli nature attribuēdus esset mot⁹ cordis. ꝛ ꝙ omnino a virtute aīe alienus. iō ostēditꝙ ꝗuis fiat a natura pricipaliter tamē vigorē sue formatiōis sortit ab aīa. sed ꝓbatur ꝙ motus cordis tm̄ ex aīa ꝓcedit. Dicit Cōstantin⁹ in pātegni: ꝙ virtus quedā attinet nature tm̄. ꝛ dicit naturalis. Alia est q̄ corpus viuificat ꝛ cor dilatat ꝛ arterias. et iterū cōstringit q̄ ad aīam attinet. et dicit spūalis. Tertia est q̄ sensum et voluntariū motū ꝑficit. s. aīalis: ꝛ ex hoc videt q: virtus spūalis q̄ cordis motū operatur. tm̄ ꝓcedit ab aīa. Ad hoc dicit Cōstantinus cum dicit virtutem spiritualē ad aīam pertinere. nō ideo dicit. q: vitam et primordiū sue essentie sumat ab aīa. sed quia ex infusione aīe suā perfectius exequit actionem. Ante em̄ infusionem aīe inerat tm̄ ꝑm habitus. sed aīa infusa est ꝑm actum. vnde ex infusione aīe omnes virtutes corporis in

suis explendis actionibus fortiores existunt.

¶ De descriptione pulsus.

Innatum recreet vt mulcebris aura calorem.
Et procul absentent fumose vmbracula nubis.
Spiritus vt digno reparari fomite possit.
Ex arsi atqz thesi conflatur motio cordis.
Que pulsum faciat et vite consona fiat.
In pulsu resonãt tenor et concordia vite.
Sinzugie vitalis amor modulamina cordis.
Intima temperies animi secreta voluntas.
Augma paroxismus: status et pariodicus error.
Morborum cretici motus quid fata minẽtur.
Quid possit lachesis. quicquid parat exitialis.
Antropos: ense nescis dum fila sororia rumpit.
Urine fraudes aperit discretio pulsus
Certificatqz fidem pulsus confirmat et vnit.
Judicij genus in speciem censura reducit.
At pulsu dubio medici mens pendula mutat.

¶ Innatum. Quid sit motus cordis et quibus causis concurrentibus fiat: et quid operetur motuz cordis: aut anima aut natura dixit: quia aut ex motu cordis: aut ex causis motum cordis operantibus procedit pulsus ideo insinuatiue ponit descriptionem pulsus. Cũ tota huius operis doctrina de pulsibus cõstituaẽ: ex ratione propositi tenentur pulsus assignare descriptionẽ. Describit a philosopho sic. Pulsus est motio cordis et arteriaꝝ ꝛc. Hec aũt diffinitio intelligenda est per causam: nõ ꝑ essentiam suã: sicut sunt multe diffinitiones huius artis. Pulsus enĩ nõ est illa motio que est in corde cuz ipa sit singularis: et pulsus sit in arterijs a corde remotis motus tñ cordis causa est illius motionis q̃ est in arterijs: ꝛ que est

pulsus sicut em̄ ex motu arboris sequitur motus frondi um ꝛ fructuū: nec tm̄ vnus est: sꝫ alius licet ab altero ꝯsiat sic ꝛ in pulsu: moueť em̄ cor ꝛ dilatatur ex cuius motu vi talis spūs impelliť: ꝛ impulsus arterias mouet quaꝝ mo tus est pulsus vnde pulsum sic possumus diffinire. Pul sus est motio ex diuersis motibus cōposita in mēbro cō cauo et arterioso facta a motu cordis ꝛ quarūdam arte riaꝝ ꝓcedēs a virtute operāte spiritu madiāte. Potest etiā dici ꝙ diffinitio phisicalis est ꝑ essentiā vt pulsus sit motio ꝯposita ex motu cordis ꝛ motu arteriaꝝ. Ex di uersis nanqꝫ motib⁹ pōt cōflari vna motio ꝯposita. Hec itaqꝫ motio cordis erat motio que est pulsus ꝛ motio ar teriaꝝ. Similiter erat pars eiusdē. Ille ergo qui tnagit pulsum sentit partes non ergo sentit motum cordis sed istud ꝑpendit ex motus arteriaꝝ cognitione. Litterā ex pone taliter. ¶ Motio talis. Que pulsum facit est ꝯpo sita ex motu arteriaꝝ et cordis. ¶ Cōflatur. Idest ꝯpo nitur. ¶ Ex arsi ꝛ thesi. Idest dilatatione ꝛ sistole. i. mo tio cordis ꝛ arteriaꝝ ꝯposita ſm diastolē ꝛ sistolē cōside ratur sequiť. ¶ Ut mulcebris. Hic assignat vtilitatē pul sus. Uñ hec clausula nō est de diffinitione: sꝫ ad vtilitatis expressionē annexa est: sicut in diffinitiōe phisicali adiūgi tur hec clausula ad infrigidationē caloris innati. Est aūt vtilitas pulsus vt suo motu calefiat corpus: ꝛ ex aere in spirato a pulmone spiritus vitalis repareť. illius em̄ at tracti aeris pars euaporat ꝑ poros corporis: quedā͡ꝗ ca lore cōsumiť: quedā a cordis ꝯstructiōe in pulmone expi rat: quedā retēta subtiliať ꝛ depuratur: ꝛ ex ea vitali spi ritui annexa ꝛ adiūcta vitalis spūs reparatur et hoc est. ¶ Ut mulcebris aura. Idest aer inspiratus. ¶ Recreet. Idest emulceat et contēperet. ¶ Innatū calorē. Idest naturalē qui aliter estuaret ꝛ incēdereť. ¶ Nota duplex est calor innatus. vnus cōtract⁹ ex primis cōponētibus: et est principalis qui in mortuo subiecto a substātia non

recedit qui iugis est ꝛ comes perpetuus assequa subiecti
quē volētia mortificationis nō pōt subuertere. ¶Caro eñ
leonina q̄uis sit mortificata tñ colerica est ꝛ calida in q̄r
to. ꝛ in corpore suscepta dissoluit ꝛ febrē ꝓuocat vñ hec
non est nisi ex calore innato. ¶Est et alius calor innat⁹ cō
tractus ex influētib⁹ ꝛ infusione spirituū ꝛ humorꝫ: et est
actu tm̄ qui substātiā reliquit. ꝛ iste ex aere recreaƭ ꝛ di
stēperaƭ: ꝛ nō alius. ¶Umbracula fumose. Idest super
fluitates que recepte in corpore obnūbilarēt ꝛ obnūbrarēt
vitalē spiritū. ¶Absentent. Idest exufflentur a corde ad
pulmonē: ꝛ a pulmone exteri⁹ emittātur. ¶Hic potest
queri qn̄ sufflamen suspēdimus quo aera cor attrahit: in
quo superfluitates expellit. Dicit ꝙ in spiramine fit at
tractio aeris: qui aer per tracheā arteriā ad pulmonem
trāsmittiƭ: et in pulmonis cauernulis suscipiƭ: nec ad cor
aer ille totus trāsmittiƭ duplici de causa: tum qꝛ cor toti⁹
aeris attracti ad pulmonē capax nō esset: cuius ꝑulmo
est capax tāq̄ macer mēbrum: tū qꝛ eius partē in se cōti
net: vt licꝫ aer ab exteriorib⁹ nō attrahaƭ: cū cor inueniat
aerē in pulmone quē posset attrahere: ꝛ q̄uis pulmo re
pletus sit aere: ꝛ cor habeat in se sufficientem aerem quo
possit foui vnde videtur ꝙ longo tempore possit teneri
aer nullo mediato subffragio ab aere exteriori: tamen
hoc fieri non potest: qꝛ cor semꝑ in constrictione q̄ suc
cessiua est dilatationi fumosas suꝑfluitates emittit: que
trāsmisse a pulmonē si nō possent exufflari nec in corde
cōtineri iterū ad cor reuolute et reciprocate vitalē spiri
tum ingrossarēt: qui naturaliter debet esse subtilis. vnde
ingrossato nimis spū: nimia dilatatio cordis fit ꝛ extre
ma gaudiū redire ꝓhibenƭ. Si eñ est nimia subtiliatio
spirituū quibusdā est causa mortificationis vñ nutriti in
aere grosso: si trāsirēt ad regionē calidā in qua defecat⁹
est aer cito morerētur: qꝛ spūs vitalis nimis subtiliatur
et preter naturā debilitaƭ. nec pōt cordis grossiciem ad

plenū dilatare:indeq̄ ſincopiʒāt ⁊ ſincopiʒātes ſuffocan
tur inde eſt ꝙ piſces nutriti ex groſſo aere aque ab aqua
extracti ad ipm̄ aerē qui ſubtilior eſt moriūtur.ſed quidā
tardius ⁊ anguille:quidā citi⁹ vt allecia:quidā medio tē
pore vt lucij ⁊ barbelli. Et quare hoc fiat inueſtigēt ſocij
Similiter dico nimia ſpūs vitalis ingroſſatio ꝑter natu
ture defectū significat. Si apostema est in miringis cerebri sicut ē frenesis: fit pulsus durus: paruus: velox: fortꝫ: spissius durus: q₂ in neruosis locis, fit apostema: quare paru⁹ vel spissius ptꝫ ex predictis: sꝫ aliquātulū fortior ē ꝙ̄ in alijs apostematibus: q₂ in hijs est fortior virt⁹ vnde quidā morbidi in hijs morbis cito erigūtur ⁊ ꝑcussores ⁊ garruli fiunt: ⁊ vix ab hominibus pn̄t teneri: q₂ ex collisione vel corruptione mētis ꝯseqtur. Inordinatio fit ex incōueniēti dilatatiōe organi cū duricie effusionis ⁊ fortitudie virtutis. vn̄ fit vt pars dilatetur: pars ꝟo nō. minor est duricies pulsus ex apostemate epatis ꝙ̄ eius qđ est in locis neruosis: q₂ hec membra nō sunt tāte duriciei nec tātas faciūt tēsiones: vt mēbra naruosa ⁊ arteriosa. In lociscordi ꝓximis apostemata faciūt pulsus similes eis q̄ fiūt ex apostemate facto in locis arteriosis. nā vene epatis ⁊ arterie assimilātur cordi. Ex apostemate colerico maxime fundato in mēbro nobili vt cerebri pāniculis vel diafragmate vl' circa cor: q₂ in corde apostema fieri nō potest. vn̄ si sit in epate vel stomacho fit pulsus valde dur⁹. Si fiat in alijs mēbris sicut ī pede vel in manu nisi in locis arteriosis nō tanta est duricies. Ex apostemate melancolico in eisdem mēbris est in pulsu duricies ⁊ subtilitas. Squinātia q₂ fit in lacertis gutturis q̄ parti neruosi ⁊ chordosi sunt facit pulsuꝫ durū ⁊ thetanosum ⁊ serratū paruū debilē spissiuꝫ: ⁊ q̄re ex predictis pꝫ. Si talis pulsus ex tali egritudine augmēteẜ in duricie ⁊ thetanositate ⁊ ī serrature diuersitate spasmū futurū denūciat: q₂ ex apostemate crescēte patiẜ neru⁹: ⁊ ex neruis cerebrū ꝓpẜ colligātiā neruoꝝ ad ipꝫ: vn̄ necesse ē vt spasmus ꝯcreeẜ. Qđ si eadē ꝑmanēte duricie vt thetanositate ī raritatē decidat patiēs suffocari vl' debilitari siḡtur Fit em̄ talis raritas ꝓpter cōgelationē caloris naturalꝫ Pleuresis ex colera rubea facit pulsuꝫ durū ⁊ valde spissuꝫ. ⁊ talis pulsus ī pleuresi siḡt colerā ru, eē ī cā. Humo

rem enim causticum significat valde mobilē ⁊ valde furiosum. vnde aut peripleumoniā aut significat sincopim futuram propter instabilitatē ⁊ subtilitatē materie peripleumonie. Si in peripleumonia mutatur in sincopim. Si ad cor maniā vel defectionem qd fit ex vicinitate cordis vel pulmonis ad locum morbi Qd si in pulmone sit parua spissitudo, ⁊ remissa duricies significat pleuresim fieri de materia flegmatica: ⁊ nunciat futurā alienationem mentis vel apoplexiam nunciat futurā. Fumus enim frigidus ⁊ humidus ad cerebrum ascendens hos morbos facit. Empima ante dissolutionem materie pulsum facit durum ⁊ valde serrinum velocem spissum. Si materia in putredinem mutatur digeratur ⁊ emitatur: natura in patiēte fit mollis latus debilis rarus ⁊ mollis et latus propter materie hūiditatē in mēbris. debilis ex subita inanitione, rarus ex magno desiderio trahēdi aerē. In ptisi sine fiat ex calido apostemate pectoris. vnde hūiditas ex vicinitate cordis exiccatur: ⁊ arterie et fundamēta pectoris simpl'r desiccātur: siue ex mala cōplexione calida ⁊ sicca ī toto corpore: in qua pmanente siccitate ppt vsum calidorum ⁊ frigidorum ī frigiditatē mutatur: ⁊ humiditas substātialis corpis desiccatur. Fitqꝫ quasi decrepitū corpus: fit pulsus durus debilis paruus. debilis: quia deficit ex tēpore lōgo virtus paruus ex defectione virtutis in organis dilatādis durus. ex defectione et desiccatione totius corpis velox spissus pter necessitatem refrigerij. Apostema calidū in ore stomachi facit pulsum durum thetanosum spissū velocē serrinū qui serrinus declaratur. posterius thetanosum ex neruositate debilem ex defectiōe virtutis: que defectio si plōgatur facit pulsum tardū rarū. Apostema stomachi frigidū pulsum facit durum ⁊ debilem ⁊ paruū Timpanites pulsus facit durum thetanosum spissum: durum ex siccitate: spissum ex defectione virtutis.

De pulsu duro in pleuresi.

Pulsus duricies in pleuresi perniciosa.
Arida materies: terrestris: cruda ꝓbatur:
Solui difficilis: ex quo discussio morbi.
Protrahitur: vis opprimitur natura fatiscit
Vitaqꝫ succumbit longo lassata duello.

¶ Quia cū possit fieri de sanguine raro de flegmate ꝛ se pe de colera ꝓpter duriciē pulsus ꝛ spissitudinē signt ꝙ sit pleuresis de colera: q̄ de hac materia facta ꝑiculosior ē ꝓ pter mobilitatē materie ꝛ furiositatē ꝛ facilē cōuersio nē in peripleumoniam ꝓpter loci ꝓximitatē. Significat etiā dur9 pulsus nimiā tēsionē organoꝝ ex ariditate ꝛ multitudine materie vn̄ morbi ꝓlixitas de defectione na ture ostenditur: ita dico si perseueret in duricie.

¶ De significationib9 pulsus mollis ꝓm naturam.

In pulsu cui molliciē natura ministrat.
Cordis ꝛ arterie pariter substātia mollis.
Corpis inuitur crassis hūida mēs muliebris
Cerea flexibilis pia blāda parūqꝫ fidelis.
Aduena mollicies quā synthomaticus vrget.
Impetus humores dissoluit vasa remollit.

¶ Sequitur de molli pulsu. Mollis itaqꝫ ꝓm naturā si gnificat humiditatem corpis mollicie organoꝝ natu ralē que ex humida crassi cordis remolliuntur quantum ad mores significat muliebritatē animi mētem ceream ꝛ flexibilē: piam ꝛ infidelem. qđ totum ex humiditate con tingit que maxime inter qualitates peior ꝛ pessima ꝛmu tationi habilior est. ¶ Aduena mollicies. Or significat molliciem preter naturaꝫ. Pulsus mollis p̄ter naturaꝫ significat humide nature abundantiam ꝛ eius dissolutio nem p̄ter naturā: vn̄ organa humectantur humectata re molliuntur. Ex apostematib9 ergo flegmaticis maxime si fiāt in locis carnosis ꝛ naturalr̄ hūidis pulsus fit mol



lis vñ in apoplexia ꝛ lytargia pulsus ē mollis: ꝛ ēt tard⁹ rarus i diuersitate estuosus q: flēgmatic⁹ humor in cerebro abūdat ꝛ nascitur: vnde de mēbris alijs ad ipm tranmittit. Ipsum quoq cerebrū humidū est de natura: q: humores facti sunt ex multa humiditate: pulsus debilis dꝫ esse tard⁹ rar⁹ ex debilitate virtutis cū multa hūidita te diuersitas est estuosa. ¶ De pleno pulsu ꝛ vacuo.

Copia spirituū per plenū plena notatur.
Sanguis eluuies vberrima vasa replentis.

¶ Exequit de significationib⁹ qnti generis qđ ꝯsistētie organi ptinet. i. pleni ꝛ vacui. plen⁹ igit multitudinē sanguis cōcauitate cordis recepti sigt: quo sanguie i fumū ꝛ vaporē resoluto mouetur cor ꝛ arterie mouētur. Et talis apparet in patiētib⁹ synochū ꝛ synochā inflatiuā ꝛ laborātib⁹ de repletione humoꝝ aquosoꝝ. Et nota ꝙ oīs plen⁹ est latus cum ex eadem causa ꝯtingat plenitudo ꝛ latitudo. s. ex abūdātia humiditatis. Sed sciēdū ꝙ si flegmaticus humor nimis abūdet in corpore: ꝛ maxime extra vasa paucificat sanguis. Ex sanguinis indigētia i vasis ꝑpter flegmatis multitudinē nō occurrit pulsus plen⁹.

¶ De vacuo pulsu

In vacuo vene sitiunt: vegetabilis aure.
Uis absorpta perit viui fons sanguinis aret
Quem bibit ariditas peregrini lima caloris.

¶ Agit hic de significationib⁹ vacui qui ꝑ contrariū respōdet pleno: ꝛ ꝯtrarij significationib⁹ describitur. Uacuus itaq pulsus significat indigentiā sanguinis: ꝯsumptionem humiditatis: ꝛ defectionē spirituum vnde qñ digiti applicātur suꝑ arteriā statim arteria cedit compressioni: ꝛ nullā humiditatem interius ꝯclusam superius reddit vel redūdat. Sed statim pulsus ꝑpter inanitionem sui organi quasi vacuus euanescit. Uacus aūt pulsus aut est cum caliditate aut cū frigiditate. Si cū caliditate ve-

hementi figt euenire synthesim et ethicā. Si cum frigidi tate figt extinctionē caloris naturalis: q2 frigiditas instā tiam mortificationis: vacuus deperditionē spirituū ꝛ subā lis humiditatis denūciat. In lytargico etiā apparet va cuus q2 exuberatur a flegmatico humore: humore rapto superius. vñ fit lytargia ꝛ diminuto sanguine in venis ꝑ pter defectionē digōnis ex multiplicatiōe alteri9 humo ris in arterijs: pulsus vacuus occurrit nō hic agit̃ ſm na turā de pulsu vacuo: q2 oīs vacuitas innaturalis ē cū fit ex defectiōe humoꝝ ꝛ spirituū. ¶ In vacuo pulsu vene. Que sunt vasa sanguinis. ¶ Sitiūt. i. inaniunt̃ ꝛ desiccā tur ꝑpter indigentiā sanguinis ꝛ ꝯsumptionē. ¶ Vege tabilis. i. vitalis spūs cui9 est adiuuare ꝛ vegetare mem brum. ¶ Fons viui sanguinis. In quo q̄si quodā fonte mēbra potant̃: humectant̃ ꝛ recreant̃. ¶ Lima caloris. i. eos ꝛ irritamentū incensiōis in humano corpe. Sicut em̄ per cotē ferrū acuit̃ ꝛ ꝑ limā acuti9 ꝛ magis incisiuū red ditur: sic ꝑ siccitatē caloris innaturalis feruidior efficitur qđ appet in lignis aridis: que magis obediūt icēsioni q̄ꝫ si essent viridia. Febris ēt q̄ fit de eo acutior est q̄ꝫ illa que de alio humore fit vñ hoc nō fit nisi per limā siccitatis.

¶ De calido pulsu et frigido.

Et calidus cuius mordax pinctura perurit.
Continue digitos: index est febris acute.
Si calidus digitos interuallariter vrens.
Interuallaris atqꝫ inducıosa vocatur.
Est ethice testis calidus vacuo sociatus.

¶ Exequitur de significatione sexti generis qđ est cali dum ꝛ frigidū: ꝛ hoc sil'r ad ꝯsistētiā organi ꝑtinet cū duo bus p̄cedētib9. Calid9 itaqꝫ figt caliditatē organi ꝛ distē perantiā spirituū ꝛ humoris fluētiꝫ in ipsis arterijs. Sed pulsus calid9: aut est calid9 a san guine aut a colera: vl' ex calore ifixo mēbris ꝯsumēte ꝛ bibēte sanguinē in venis.

Si eñ calidus est ex sanguine: dz cõcomitari plenitudo mollicies magnitudo iter velocẽ ⁊ frequẽtem mediocritas: plenitudo ex vasoꝝ repletione: mollicies ex sanguinis humiditate: magnitudo ex magna sanguinis resolutiõe infumũ ⁊ spm̃. Inter velocẽ et frequẽtem mediocritas ex mediocri necessitate habende refrigeratiõis. Humiditas nãqꝫ sanguinis est ꝯtẽperamentũ ardoris ⁊ indigentiã refrigerationis cõpescit sed si calidus ex colera fit discernit per gracilitatẽ et duriciẽ: ꝑ frequẽtiaꝫ ⁊ aliorum accidẽtia: que apparẽt in corpe ꝯcomitantia. Si est ex calore insito mẽbris dz esse vacuitas: ⁊ ethicã ⁊ ptisim. significat. Item alia fit diuisio calidi pulsus. Nã calidus alius continue calidus vrens ⁊ mordens in appositione digitoꝝ: ⁊ significat continuã. Alius interuallariter ⁊ interpollatiue: ⁊ sine punctione ⁊ mordicatione digitorum et significat interpollatam.

¶ De pulsu frigido.

Spirituum probat occasum viteqꝫ lucernam.
Celat et extinguit gelidus spiramina cordis.

¶ Exequitur de significationibus frigidi pulsus. Frigidus significat extinctionẽ calidi naturalis: annullationẽ spirituum mortificationis eminẽtiã. Non consulo ꝙ medicus stet circa egrotum quando apparet talis pulsus. Tunc eñ crux et luminaria et cinis et cilitiũ ⁊ aqua bene dicta suũ debẽt habere locũ. ¶ Occasum. Idest defectũ. ¶ Lucernã. Idest vitalẽ spm̃ q̃ est lucerna microcosini.

¶ Incipit tertia particula.

r Esperare licet modicum tiruncula clio.
Dulcebris ĩstaurat fessas recreatio vires
Iam satis est: nũc tolle moras: succinge regressuꝫ.
Accipe: sed caueas pedibus ne scandala fiant.
Deuius est calor: et milia multa supersunt.
Excubat interius forsam clandestinus hostis.

Inuidie celebrata lues: furmicula fame.
Pessima pro puris spargens zizania granis.
Ut sit processus securior: et tibi parcat.
Inuidus et fatui veteris ludibria vulgi.
Uerba musandino maneant condita sapore.
Omnibus equiuoci titulum petende salerni.
Presulis alfani claro signata sigillo.

¶ Aggreditur auctor noster tertiã distinctionẽ sui operis: in qua exequit̃ de significationibus alioꝶ generꝶ ꝛ ponit distinctiones eoꝶ quorũdam: quas in secunda partitione nõ posuerat. Premittit aũt ꝓlongũ in quo musaꝫ suã alloquit̃: eãq3 ex pñti opere fatigatã iuitat ad recreationẽ q̃etis. ¶ Tiruncula. Idest rudis ꝛ nouella. ¶ Iam satis est. Sed q2 requies diuturna parit desidiã ꝛ eneruat vigorẽ: statim iubet eã interrũpere quietẽ anq̃ꝫ opus inceptum aggrediat̃. ¶ Ne scandala. Idest cũ pedes intendas ꝛ veharis pedibus metrice orationis caueas ne aliqđ offendiculũ pedibus tuis occurrat. ¶ Milia mlˀta supsũt. Idest miliaria mlˀta restãt ad pgẽdũ. i. diuersa capitula et diuerse regule que restãt tandẽ de generib9 pulsuum: per quas regulas quasi p certã viã ꝛ semitã peragrare debꝫ intellectus tractãtis. ¶ Exubat. Hic auctor noster mouet musam suã q̃ꝫ sibi caueat ab adulatoribus et detractoribus: qui bene dicta alioꝶ dẽte canino ꝛ satyrico corrodẽt: ꝛ que scire nõ possunt vel facere quadã malignitate animi defraudãt: ꝛ laudes alioꝶ in se infundata tituli mutatione conuertunt: spargũt seminãt nigellã inuidie: et zizaniã detratactiõis: vbi deberẽt seminare precium laudis et fauoris. ¶ Musandino sapore. Idest sapidis ꝛ sententiosis auctoritatibus Petri musandini q̃ fuit patronus et supremus opifex huius facultatis: qui alium non habuit patrem nec habiturus est sequentem. ¶ Equiuoci salerni. Salernũ equiuocum est ad ciuita-

tem et ad magistrū huius artis preceptorem. ¶ Alfani. Idest illius summi magistri et vnici in phisitali scientia. ¶ Presulis. Idest archipresulis salernitani tātis cōsilia patronis potest malignis hostibus obuiare.

¶ De significationibus frequentis et rari pulsus.

Qui recolit replicatqꝫ suum sepissimum ictum.
Ex vi contrahitur fragili fortiqꝫ calore
Cordis adoptiuus vapor vt possit recreari.
Sufficiens possit spiramine mulcebris aure.
Ne simul huic detur quantum sibi competit aer.
Vis opressa negat: igitur perplexa reprendit.
Multiplici numero quod iam formauit in vno.
Crebraqꝫ defectum quanti repetitio pensat.

¶ Exequit auctor noster de significationib⁹ aliorꝫ generū que restāt ser p̄dictis. Et primo expedit significationes frequētis ꝛ rari pulsus: qđ est sextū gen⁹: ꝛ ꝑpendit ex tꝑe quietis: qđ est inter duas diastoles: sicut in prima partitione dictū est. Frequēs itaqꝫ pulsus sigt fortitudinem ꝛ vehementiā extranei caloris ꝛ innaturalis: ꝛ debilitatē ꝛ afflictionē virtutis: qꝛ fortis est calor: et multa indiget aeris attractione et refrigeratione. vnde multa instat necessitas humide refrigerationis: et euentationis ad temperamentum feruoris. Si virtus debilis ꝛ afflicta non potest sufficienter aeris quantitatem vno ictu attrahere quantuꝫ expedit necessitas arboris: ergo necesse est ꝙ numerosa et frequēti actione restauretur ꝛ suppleatur quod defecit in quantitate vnius attractiōis ꝛ ideo causis predictis concurrentibus. i. forti calore ꝛ debili virtute frequens accidit pulsus. Si vero fortis virtus cum forti calore concurrat iuxta necessitateꝫ ardoris fortis virt⁹ trahet sufficientē aeris quātitatē: ꝛ tūc non fit frequens pulsus. Sꝫ inter raritatē ꝛ frequentiā mediocris. ¶ Se

pissimus. Id est sepissime iterans motionē. ¶ Adoptiuus. vapor. Idest calor extraneus et innaturalis, quem cor adoptat illata sibi violentia ex febre vel exercitio vel apostemate vel quacunqꝫ compressione vel immutatione. ¶ Mulcebris aure. Idest aeris cuius attractione interiora demulcentur. ¶ Quod iā formauit invno. Idest in quantitate ꝛ atractione.

¶ De significationibus: rari pulsus.

Debilis in raro calor est: infirmaqꝫ virtus.

¶ Ostēdit cās ꝛ sigtiones rari pulsus. ꝛ dicit ꝙ rar⁹ pulsus sigt debilitatē caloris ꝛ infirmitatē virtutis qꝛ debilis ē calor nō restat multa necessitas aeris attrahēdi in multa refrigeratione. Uirt⁹ etiā ꝗuis infirma sit iuxta debilitatē caloris aerē pōt sufficiēter administrare ad tēperādū vna attractione. Sed cōtrariū inuenit in pantegni. Dicit em̄. Cōstātinus rarū pulsuꝫ fieri ex virtute debili ꝛ forti calore. Et Philaret⁹ dicit ꝙ rarus pulsus fit ex debili calore ꝛ infirmiori virtute. Solutio dubij est. ꝙ dicit constantinus rarū pulsuꝫ fieri ex debili virtute ꝛ calore forti: hoc dicit respectu quorūdā sanoꝝ corpoꝝ que ſm frigidā disponūtur cōplexionē: ꝛ ꝙ debilitate caloris modica egēt refrigeratione. Et virtus coꝝ cū sit fortis: qꝛ sana sunt corpa ꝛ nulla egritudine oppressa vno ictu possunt sufficiēter attrahere ꝙ calorē debilē possit refrigerare vn̄ in eis fit rar⁹ pulsus. ꝙ autē dicit. Philaret⁹ rarū pulsuꝫ fieri ex debili calore ꝛ infirma virtute hoc dicit fieri gratia egroꝝ corpoꝝ. In febriēte em̄ rar⁹ pulsus sigt maximū virtutis operatiue impedimētū qꝛ extinctionē caloris naturalis ex cōsumptione humiditatis ꝛ annullatione spirituū. Unde si in laborante acuta febre precedēte pulsu multū veloci frequēti ꝛ magno nulla facta determinatione subito appareat pulsus rarus sine alienatione mentis patiētis significat mortem.

¶ De incidēti ⁊ decidēti pulsu.
Motibus incidui pulsus virtus reparatur.
Captiuata salus sit libera languida fortis.
Debilis instaurat vires opressa resurgit.
Uita reformatur victo synthomate morbus.
Exultat capto brauio natura triūphat.
At per deciduū vite iam vespere facto.
Uergit in occasum splēdor vegetabilis aure.
Eneruata perit virtus parceq; trahenti.
Atrops insultat vt vite sincopet vsum.

¶ Hic auctor agit de octauo genere pulsus qđ incidēs ⁊ decidens dicit:⁊ eius significationes ostēdit. Incidens itaq; pulsus attēditur ꝑ collationē ⁊ cōparationē morarū ad moras:occultarū ad aptas fortiū ad debiles: debiliū ad fortes. Aperta mora dicit q̄ facit pulsuz i dilatatione. Occulta que facit in cōstrictione. In cōparatione ergo more dilatatiōis ad morē cōstrictionis incidu⁹ vel decidu⁹ dicit. Nā si breuior sit mora cōstrictionis ⁊ maior sit mora dilatationis dicit pulsus icidu⁹. Si ṽo breuior sit mora dilatationis ⁊ maior sit mora ꝯstrictionis q̄ est inter duas diastoles. tunc dicitur deciduus. Si aūt equaliter fit inter duas moras erit pulsus medius inter decidentem ⁊ incidentem. Potest etiam hic pulsus attendi ſm collationem ⁊ comparationē pluriuz morarū ad moras ſm multos pulsus ꝯsequentes ⁊ succedentes. Nam incidentia quādoq; habent locū in vno pulsu:quandoq; in pluribus. In vno vt si fiat comparatio pluriū morarū ⁊ cōstrictionum ⁊ dilatationū sibi per multos pulsus succedentium. Si ergo cōtingat ꝙ pulsus cōtinuet q̄nq; percussiones fortes ⁊ sexta decurrat debilis vel aliquantulum deficiens:⁊ postea succedant decem fortes ⁊ sequatur vndecima debilis. ⁊ postea occurrant viginti fortes:

et sequatur vigintina debilis vel deficiens. et sic procedat pulsus multiplicando pcussione fortes quousqꝫ debiles prorsus non appareãt. talis pulsus dicetur incidẽs: et significat confortationẽ virtutis et cõualescẽtiã et plenariã crysim futuram. Similiter decidens duobus modis potest intelligi vt dictũ est de incidẽti: aut in vno pulsu: aut ĩ pluribus: quomodo in vno dictũ: quomodo in plurib9 fieri debeat. sic constat: quoniaꝫ si precedant decẽ. fortes pcussiones: et sequãtur vndecim debiles: et post sequãtur sex fortes et septẽ debiles post quattuor fortes et quinqꝫ debiles. et post tres fortes et quattuor debiles. et ita paulatĩ quousqꝫ multiplicatis debilibus fortes euanescant pcussiones: tũc talis pulsus dicit esse decidens. i. ppter minorationeꝫ sui a notitia nostri sensus cadẽs: Et nota ꝙ pulsus incidẽs comphendit caudã soricinã retornatiuã. Decidẽs vero cõtinere potest caudã soricinã finitiuã. Attẽde ꝙ per decidẽtẽ vel deficiẽtẽ pulsuꝫ accidẽtẽ in die cretico mortis hora põt distingui. Et p incidẽtẽ hora cõualescẽtie põt signari. Ponat ergo ꝙ aliquis infirm9 pulsuꝫ habeat decidẽtẽ. vtrũ debeat euadere ab illa egritudine: sic cognosces. Cõputãdũ ẽ ergo a prima defectione pulsus vsqꝫ ad secundaꝫ: et in qua hora diei fiat et contingit quot ictus in pma deficientia et quot in secunda verbi gratia: inter primã et secũdã: fortes tibi occurrant triginta percussiones in hora diei tertia. Sed cum sit molestum te semper ibi esse et computare numerũ: alia die eadem hora venias et numera percussiones eiusdem pulsus inter vnum deficiẽtem et alium. Et si modo deficientem inueneris in vndecima percussione. Et si quindecim pcussiones fortes amisisti cum prius haberes triginta signum est ꝙ trãsactis aliis horis alias quindecim percussiones amittet. Et in eadem hora morietur. Eodẽ modo de incidenti facere poteris et crysis ad bonũ futura designatur. Si quis habeat pulsum deciduũ computa a pmo in

cidenti ꝛ aliquãtulũ fortiori vſqȝ ad ſcḋm incidẽtẽ in qua hora hoc fiat: ꝛ quot percuſſiões ſint inter primũ pulſuȝ incidentẽ ꝛ ſecũdũ aliquantuluȝ fortiorẽ. verbi gratia. ſi inter primũ ꝛ ſecũdũ incidẽteȝ triginta tibi occurrãt percuſſiones vt in hora diei huius tertia fiat poſt in ſecunda die eadẽ hora veniẽs: cõputa ſicut ĩ prima die ſi inter primũ incidentẽ ꝛ ſecũdũ inuenis quindecĩ motiones: inuenisti incidentẽ: iſta ꝓcedẽdo poteris ꝓnoſticari criſim futurã ſm magnã ꝛ paruam horã ꝛ horarũ ꝛ ictũ computationem. ¶ Incidui. Ideſt incidẽtis. ¶ Accepto brauio Aſſecuto premio corone ꝓpter debilitatem egritudinis. ¶ Per deciduũ. Ideſt decidẽteȝ. Littera plana eſt.

¶ De equali ꝛ inequali pulſu: ordinato ꝛ inordinato.

Iũcta bono ꝑitas bona fit mala iũcta ſiniſtro.
Cõtrahit adiuncte cõpaginis emula formã.
Imparitas reprobanda boni laudãda ſiniſtri.
Nam tibi ꝓpoſitis que ſunt optanda duobus.
Elige qḋ fixum ſtabili bonitate moratur.
Ex tibi propoſitis que ſunt fugienda duobus.
Elige mobilius: fuge qḋ conſtantius extat.
Qualibet in ſpecie pulſus paritas reperiri.
Imparitas ve poteſt ſed nõ equaliter equum.
Unica ſolius facit obſeruantia pulſum.
Si magnus ſe cõtinuet: propriumqȝ tenorem.
Seruet: inoffenſum cadit a plena paritate.
Cum ſpecies aliena ſubit: nõ dicitur equus.
Simpliciter: ſed in hoc: cũ nõ ſit in oĩbus equus.

¶ Octo generibus aſſignatis ꝛ eorum accidẽtibus executis ꝛ expeditis agit de duobus extremis generibus que accidentia ſunt ꝛ principalibus predictis adiuncta

sunt:scꝫ de equali et inequali:ordinato et inordinato.nec tamen de ordinato et inordinato agitur nisi ꝑm distinctionem suarum specierum et partium. Est itaqꝫ pulsus equalis cuius percussiones vniformē et consimilē habēt rationem: et vniformiter occurrunt in digitorum extremitatibus:vt si percussiones sint magne et in magnitudine equales:non parue:non rare:non spisse:nō debiles nec in aliquo diuerse. Et iste pulsus equalis dicitur absolute. Inequalis autem est cuius percussiones diuersant siue sit in motu vt modo sit spissus:modo velox: modo tardus:siue in quantitate dilatationis vt modo sit magnus modo paruꝰ:siue in virtute vt modo sit fortis modo debilis. ¶ Sicut autem quidam est equalis pulsus absolute seruans equalitatem in omnibus . ita quidam est inequalis absolutam seruans inequalitatem in omnibus percussionibus. Et est quidā inequalis in quātitate qualitate:in alijs tm̄ diuersaṫ:ꝛ ille inequalis diciṫ:sed in aliquo equalis nūcupatur. ¶ Et nota ꝙ oīs equalitas in bono est bona:in malo mala. Et inequalitas in malo bona est:et hanc diuersitatē ꝑm diuisionē auctor insinuat in capitulo presenti.hec diuisio nō tm̄ habet locum in cōsideratione pulsuū:sed circa meditulliūvenaꝝ. ¶ Paritas. Idest equalitas. ¶ Sinistro. Cum sinistris ꝛ malis differētijs. ¶ Imparitas. Idest inequalis.

¶ Sequitur de pulsu qui dicitur cauda retornatiua:et de eo qui dicitur cauda finitius.

Cauda retornatiua primo mollescit in ictum.
In reliquo languet fit tertia motio leuis.
Iudicio sensus se quarta magis manifestat:
Quinta viget valido firmatur sexta vigore.
De tenebris sensus:et de languoris ab ipso.
Repit in excessum graduali tramite pergens.
Hoc pulsu solitos natura reciprocat ictus.

Finitiua suos motus orditur ab alto.
Sensim deprimitur: declinat: mollificatur.
Et de propatulo sensus se mergat in imo.
Hic vicinantis affert preludia mortis.

¶ Hic agit de speciebus inequalis pulsus et inordinati
cuius multe sunt species: scz cauda soricina finitiua ꝛ cau
da retornatiua: caprizans: martellinus: romosus: fluctu-
ans: spamosus: ptisicus: formicans: vermiculosus: sorin⁹.
Prius exequitur de cauda soricina finitiua et retornati-
ua: que licz possint esse spēs ordinati et equalis: sub ine-
quali tamen et inordinato continentur: qz qñqz cauda so
ricina finitiua ꝛ retornatiua ꝓcedunt in percussionibus
ſm ordinatā inequalitatem: ꝛ qñqz ſm ordinatā vbi nāqz
est perturbatio nature tanta vix ad plenū consequentis
ineq̄litatis ordinatio pōt seruari. ¶ Constātinus tn̄ in pā-
tegni has spēs ordinat sub ordinato ꝛ eq̄li est ergo pul-
sus cauda retornatiua quasi ab occultis ꝛ quasi ab insen
sibilibus percussionibus incipiēs paulatim graduali tra
mite ſm ordinatū modum maiorādo ꝓcedit de minimis
ad paruas de paruis ad aliquātulū apertas de aliquātu
lum apertis ad magnis manifestas: et ita cōtinuatim et
ordinatim procedit quousqz se recipiat in fortes motio-
nes. Dicitur aūt hic pulsus cauda retornatiua cauda so-
ricina: qz sicut cauda soricis in finali extremitate que ab
aiali corpore remotior est incipit a nimia gracilitate ꝛ cō
tinuatim ꝓcedit ſm grossitudinē ꝛ maioritatē corpulen-
tie: quousqz attingat corpus aialis. Sic ꝛ iste pulsus ra-
tione similitudinis maiorādo ꝓcedit paulatim de debili-
bus ad minus debiles: ꝛ de minus debilibus ad aliquan
tulū fortes: de fortibus ad fortiores percussiones. ¶ Cau-
da soricina finitiua per cōtrarium pōt intelligi: qz a for-
tioribus incipiens ꝑ minus fortes trāsit: tertio ꝑ debiles
quarto ꝑ debiliores: tandē ab eo descēdit ꝑ grad⁹ debili
tatis ꝙ nō sentitur: ꝛ hoc assimilatur caude soricine finitiue.

Nã cauda soricina finitiua a parte aiali inserta grocissi-or est: et paulatim graciliendo procedit vsqȝ ad finẽ. Cauda retornatiua significat confortationẽ nature salutis reuersionẽ. Finitiua prenuncia est mortis.

¶ De consolatione medici cum eger moritur.

Collectis fuge sarcinulis opifex medicine.
Nil impensa valent tua: nil suffragia prosunt.
Damna resarciri nequeũt iam morte propinqua.
Atropos excludit lachesim: vitalia rumpit.
Stamina dissoluit gumphos vitamqȝ relegat.
Salua tibi maneat frontis verecundia vultum.
Extere ne pariat tibi mors vicina pudorem.
Mortiferos tua preueniat sententia casus.
Officium vatis retinens nomenqȝ prophete.
Non semper sanat medicus rhetor ve perorat.
Sed tamen officium concludit fine supremo.
Singula que debet si contingentia seruet.
Vitam victuro vel si mortem morituro.
Judicio dictet stabili que culpa medentis.
Officium commune durum curatio morbi.
Actio communis vix consumatur ab vno.

¶ Quia forte medicus ꝑpter mortem egri preminentez desperaret et de vita sua timeret credens sibi ab amicis suis imputari: ideo auctor ipsum consolatur: et amicos eius corroborat et firmat: ostendens, ꝙ non sit timendum. et cum prenunciauerit mortem egri potius sibi copulabit gloriam et honorem ꝙ̃ pudoris ambitionem: et loco prophete inter homines reputabitur: quia morituri solis pronosticis.

¶ De pulsu caprisante.

Descensu saltum geminat caprinus ab vno.

More caput saliens: que bis prius aera pulsat.
Nō semel in terram querat defigere cursum.
Cedit in hac specie progressio prima secunde.
Si species talis genesi dictāte resultant.
Hoc signo vasis substantia dura rebellis.
Aure vitalis vis imbecilla notatur.
Sensus hebes serrino preceps turbatio mentis.
Nō multis resoluta modis vt verba moueret
Mentis conceptum mutilata voce resoluit.
Si caprinus erit sine lege vel ordine pulsus.
In causa est mixtura mali: diuersa dieta.
Dissona materies: resolutio multa vaporis.

¶ In hoc capitulo diffinit auctor quid sit pulsus capri-zans et eius significationem exponit. Est em̄ caprizans qui incipiens a velocitate ante digitoꝝ percussionem vi-detur cadere et post mouetur incompleta dilatatione ad similitudinem caprioli caprizans dicitur. Cum em̄ caprio lus incipiat esse velox in saltu quasi saltum videtur face-re in aerem et post in complendo cursu: et complendo sal tu est velocissimus. Talis vero pulsus anteq̄ regrediat̄ in centrum duas habet dilatationes primam minorē se cundam maiorem: sicut etiam facit capra saliens in aere que prius extollit vna vice pedes: deinde alia vice iterum se extollit anteq̄ in terra ponat vestigium. Caprizans itaq̄ pulsus: alius est ſm naturam: alius preter naturam que autem sunt significationes naturales et que non na turales: auctor in hoc capitulo exprimit.

¶ De martellino pulsu.

Cum ferit incudem bis malleus: ⁊ resilere.
Cogitur obiecti massa suadente metalli.
Et sit diuiduus: in se tamen vnicus ictus.

Sic resilit duro membri concussa rigore.
Et digitos species sic martellina retendit.
Nec redit in centrum donec geminauerit ictum.
Ex quo natiuo signatur spiritus igneus
Cor sitcũ discor mẽtis psumptio fastus
In febre continua martellino dominante.
Caumate febrili cordis depascitur humor.

¶ Sequitur de martellino: qr martello. dicit. Sicut enĩ percussio martelli supra incudez in sequẽtes cadit percussiones plures ppter percussionem martelli ex duricie incudis: sic etiã martellinus pulsus in dilatatiõe sua ante q̃ ad centrũ regrediat ex percussione spirit9: et organi duricie his digitos pcutere videt: et fiũt q̃si dilatatiões due sed pcedẽs est maior. secũda minor. Sed in caprizãte seques ascensio maior est pcedẽte. Martellinus pulsus ex duricie substãtie organi ptigit: et hoc ppter supabũdãtiã spũs quo spũ mouetur arteria et pre duricie ipsius spũs re percussus rursus mouetur: et facit secũdã ascensionem vnde dicit. Philaretus q martellinus siue bis pulsans currente violenter spiritu in secũdã venit percussionem: vt in incude venit malleus. Et est differentia inter caprizantem et martellinum quia in caprizãte non repcutitur spiritus vt in martellino: sed ante digitoz percussionem quasi cadere videtur: et post incompleta dilatatione vehementer citat. Martellinus itaq pulsus si sit fm naturã significat contumaciã cordis et pertinentiã mẽtis ex siccitate et supbia ex abũdãtia spiritus. Si autẽ fiat preter naturã significat succesionem cordis et humoris defectionem: sicut in acutis contingit.

¶ De ramoso pulsu.

Finditur in ramos ramosus et organa motu.
Quadrifido feriẽs digitos percurrit: in imo.

Discolor in pulsu sicut confusa resistit.
Uox chitare fidibus vno siml' ordine tactis.
Hec species crassis imperio suadēte figurat.
Mobile ꝓpositū cordis mutabile votum.
Si talis cogente mali synthomate fiat.
Morbi materies fit dissona causa repugnās.
Militat ex equo virtus synthoma retundit
Uita reformatur nutrix natura resurgit.
Expirante mali nebula redit aura salutis
¶ Hic ponit ramosi pulsus diffinitionez ꝛ significationes ei⁹ ostēdit. Est itaq; ramosus pulsus qui p̄mis digitis tangentis apparet alio modo: ꝛ reliquis digitis apparet inequalis: vt si appareat vni digitorū velox: alij tardus vni spissus: alij ramosus vni fortis alteri debilis: vni spissus: alij ramosus: vni fortis: alteri debilis vni incidu⁹ ꝛ aptus alteri deciduus ꝛ occultus. Et attēdit̄ ꝑm quātitatē mot⁹ aut motiōis virtutis ꝛ ꝑm motionis numerū. Nō em̄ potest variari iste pulsus ꝑm magnitudinē. Impossibile em̄ ē ꝙ sub vno digito in eadē ꝑte organi sit magnus ꝛ in alio digito vel in alio in paruū mutet̄ in eadē ꝑcussione: aut i eadē ꝑcussione fiat paru⁹ ꝛ etiā magnus Magnus em̄ ex necessitate quattuor digitos trāsit. Simil'r ramosus nō pōt attēdi ꝑȝ varietatē latitudinis aut stricture: caliditatis aut frigiditat' duriciei aut molliciei: vacuitatis aut plenitudinis. Nūq̄ em̄ in eadē percussione pōt attēdi pulsus in diuersis digitis: ramosus: latus ꝛ strictus: calidus ꝛ frigidus: mollis in quibusdam: durus in alijs vacuus ī vno: plenus in alio: ꝛ sil'r ꝑuus et magnus ꝑm velocitatem: tarditatem: debilitatem: ꝛ fortitudinem: raritatem ꝛ frequentiā potest considerari. ¶ Ramosus alius ꝑm naturam alius preter naturā. Scd̄m naturā factus cordis mutabilitatez significat. Preter naturam factus in acutis febribus humorꝫ significat con-

t varietatem: nature cōualescentiam ex parte significat: ⁊
ex parte vite laborem: ⁊ finem morbi declarat. Pulsus
ramosus ſm Philaretū hʒ fieri ex aliq̄ supfluitate in cō
cauitate arterie contenta q̄ aduenieti spiritui resistit. vñ
tota arteria propter resistentiā supfluitatis aduenietis
spūs. nō potest totaliter dilatari. Sʒ mot⁹ cordis ⁊ mo
tus spūs trāsfert deorsum ⁊ sinistrorsuʒ ac si essent diuer
sificati. His determinatis lr̄a clarescit per se ſm diuersi
tatis casdē teste. Constātino in pantegni. Caudā sorici
nam ⁊ pulsum inclinatū licet inuenire. Cauda soricina in
diuersis digitis inuenitur: cū pulsus ab vno digito attin
gēti brachiū est grossuʒ: sub digito scd̄o ē minor: sub ter-
tio est paru⁹: sub quarto est minimus. Similiter hec cau
da inforti ⁊ debiliveloci ⁊ tardo pōt intelligi. Sʒ hec cau
da soricinadiffert ab alia de q̄ superi⁹ cū ipso auctore per
tractauim⁹. Inclinat⁹ autē pulsus attēdit ſm diuersita
tem percussionū sub quattuor digitis: vt si sub duobus
digitis medijs grossus. ⁊ sub duobusextremis subtilis:
aut in medijs apert⁹: in extremis occult⁹. apparet autē
sursuʒ extremitas deorsum inclinari ex defectu virtutis
substātiā organi ex parte brachij leuare nequeūtis causa
arterie grauitatis in extremitate intra manum ex defe-
ctione sola ē virtutis illic vix peruenientis. Inclinatus
similiter de forti et veloci et tardo est intelligendum.
Et ille inclinatus pulsus et cauda soricina predicta: sub
ramoso pulsu comprehendi possunt. Nā ramosi pulsus
possunt esse multe species. Sub eadem etiam specie con
tinetur serrinus de quo dicetur in sequētibus. Qui autē
sub vno digito mouetur sub tribus est quietus. aut sub
duobus primis mouetur sub alijs quiescit. aut sub vno
fortis: sub altero debilis: sub tertio debilior sub quarto
debilissimus: ita ꝙ non sentitur. Et hoc est ꝙ pulsus
dictus cauda soricina posset intelligi quando grada-
tim debilitando procedit de primo digito ad secundum

P

de secundo ad tertium de tertio ad quartū. Sed hic non gradatim ꝑcedit in debilitate per quartum digitum: vt si ab vno moueatur: sub alijs quiescatur: aut sub duobus primis moueatur: sub alijs non: dicendus est serrinus dicitur autē a serra: q: serre dentibus assimilatur.

¶ De fluctuante pulsu:

Vasa procellosus enormi concutit ictu.
Fluctuat: exundat: fremit: estuat: et digitales.
Ventriculos sibi cōpressos lateraliter ambit.
Pars infra et sursum: pars retro et ante mouet.
Inde ꝓbes subitum mentis cordisq tumultū.
Sanguinis vndantis turbato in corpore motū.

¶ In hoc capitulo agit de procelloso pulsu siue estuoso. Et constantiam quam. Philaretus fluctuationē appellat prosequitur: et ostendit quid sit fluctuans pulsus et quid habeat significare. Estuosus pulsus est cum organi pars auriculari digito superposito superior ante mouetur: sub altero digito inferius et tardius. Pars autem organi dextrorsum et sinistrorsum sentitur moueri: quedam pars late quedam pars stricte: vt videmus in tempestate maris. Fluctuans igit pulsus habet fieri ex abundantia aquosi humoris infundentis corpus arterie magis ꝙ debeat vnde spiritus in arterijs generatus aquosum humorem in arterijs existentē mouet magis in vno loco arterie ꝙ in alio. et ideo quasi quedam inundationes siue per flatus per pulsum sensui subiacent: et ideo pulsus fluctuans dicitur. Tali pulsus solet reperiri in quadā specie ydropisis que anasarca dicitur idest equalis resolutio carniū. ¶ Significat pulsus iste quādoq mētis perturbationem aut iram subitā: aut tristiciam aut humoris subitam perturbationem.

¶ De spasmoso pulsu.

Spasmosus vacuus tensi quoqꝫ more rigescit.
Funiculi:ptisicis famulatur:ꝛ extenuatis.
Corporis humorem depascit.sorbet inanis.
Plenior occurrit species spasmosa replentur.
Organa:reumaticus neruis infunditur humor.
Lenia motiuo viduantur membra vigore.

¶ Hic exequitur de spasmoso pulsu qui aliter ptisicus appellatur ꝛ eius significationes exponit tam ptisici quam spasmosi:de repletione prouenientis. ¶ Spasmosus itaqꝫ ꝛ ptisicus habet fieri carne consumpta et desiccata per calorem febrilem.vnde non habet arterias: nisi collocetur ad modum chorde tense et tenditur:vnde digitis cōpressa transfertur a dextra ꝛ sinistra.vnde videtur spasmosus et ramosus idem esse. sed differunt propter causas differentes:quia in ramoso corpus arterie diffinditur: sed in spasmoso neruus tenditur:ꝛ multum diriciei sentitur. vnde dicitur spasmosus propter tentionem nerui vel arterie.vel quia spasmum futurum significat. In ramoso autem non fit talis tentio quemadmodum in spasmoso Spasmosus itaqꝫ significat desiccationem corporis. et consumptionem humorum:indurationem arteriarum ꝛ nimiam desiccationem. Et significat spasmum de inanitione.est autem quidam spasmosus de repletione humorum.vnde arteria sentitur multum turgida.

¶ De formicante ꝛ vermiculoso pulsu.

Sunt gemini pulsus formicans vermiculosus.
Estiuis potius in febribus ꝛ peracutis.
Mortis precones fidei:referantqꝫ sepulchra.
In febre formicās:pulsu vermiculāte verēdus.
Non redit ad melius:sed vitā morte soporat.
Sepius has specie excepto caumate febris.
(Non vrgēte necis discrimine)sincopis infert.

P ij

¶ Hic agit auctoꝛ commixtim de duabus ſpeciebus in-
oꝛdinati pulſus.ſ.vermiculoſo ⁊ foꝛmicāte vermiculoſus
moꝛe eſtuantis mouetur:ſed eſtuans maioꝛ eſt et foꝛtioꝛ
vermiculoſus minoꝛ et debilioꝛ:tamē velocioꝛ ⁊ ſpiſſioꝛ
eſt:quia huius cauſa virtus eſt defecta.⁊ dicitur vermicu-
loſus.quia ſentitur ſub digitis vt vermiū motus.Et foꝛ-
miculoſus mouet̄ ſicut vermiculoſus.Sed foꝛmiculoſus
minoꝛ eſt ⁊ defectioꝛ ⁊ ſpicioꝛ.Cuꝫ em̄ eiꝰ virtus omnino
eſt ablata ⁊ defecta dicitur foꝛmiculoſus.qꝛ ſicut foꝛmice
ſub digito ſentiūtur ſicut itaqꝫ foꝛmica minoꝛem habet
motū ꝙ̄ vermis:ſic et foꝛmicans pulſus minoꝛ eſt:⁊ defe-
ctum ſignificat plus ꝙ̄ vermiculoſus:cū eiꝰ motus ſit mi
nimus ſicut motus foꝛmice minoꝛ eſt motibꝰ alioꝛuꝫ ani-
malium:ſed pulſus aliquis deficit vſqꝫ in foꝛmicationē:⁊
hoc fit ex ſynthomate acute febꝛis ⁊ ex conſumptiōe ſpi-
rituū omnino de priuādꝰ eſt vita patiēs.Si ꝟo deficiat
vſqꝫ in vermiculoſum ⁊ ibi maneat et nō ꝓgrediat̄ ad foꝛ-
micantē nō moꝛit̄ omnino.Et nota ꝙ ante foꝛmiculoſum
neceſſario venit vermiculoſus ſi de foꝛmicāte fiat regreſ-
ſus in vermiculoſum bonuꝫ eſt.ſed ſi de vermiculoſo fiat
deſcenſus in foꝛmiculoſuꝫ eſt malū ſignū.Foꝛmicās ⁊ ver
miculoſus quādoqꝫ fiunt ex ſubita diſſolutione virtutis
ſicut ꝓpter multā inanitionē ſanguinis:vt in fluxu ꝑ emo
roidas:vel a naribꝰ vl'a vētris immoderato fluxu vel mē
ſtruoꝛū in mulieribꝰ vnde patiēs ex tāta virtutis cōſum
ptione vel diſſolutione pꝛopter defectum ſpirituum:et
nutrimenti ſubtractionē ſyncopare cogitur:et pulſuꝫ ha
bet foꝛmicantem vel vermi culoſum.De tali autem pul-
ſu non eſt deſperandum:quia ex tali cauſa habet cōtinge
re.Uidemus quandoqꝫ multos ſyncopizātes:in quibus
nec flatum nec pulſum perpendimus:qui tamen per aſ-
ſumptionem aque frigide ⁊ cōfoꝛtatione ex arromaticis
ad pꝛioꝛē ſtatū regrediūtur.De pulſu ergo ex tali cauſa
mutato nō dꝫ deſperare medicus:nec moꝛti patientē ad

iudicare. Galienus nanq exemplum ponit de quadam muliere habente suffocationem matricis: in qua nullus sentiebatur pulsus cuius ori lane flocculum apposuit subtiliter carpinate vel carminate: et lana aliquantulum cōmota et calefacta ex anhelitu eius cognouit eam adhuc viuere: et post operam suam adhibendo eam ad sanitatē conuertit. Quod si pulsus formicās et vermiculosus fiat in corporibus defectis et desiccatis ex febribus acutis: non propter immutationem nature subitam: tunc desperandum est et per talem pulsum sententia mortis diffinienda est.

¶ Sequitur de pulsu serrino.

Occurrit: digito species serrina priori.
Debilis in reliquo fit languida nulla sequenti
Hic trahit a serra conata vocabula pulsus.
Cuius cum primis incisio dentibus acta.
Est grauis in reliquis grauior funesta supremis:
Corporis hoc pulsu fatalis serra vigorem.
Amputat et vitam nubes letalis obrumbrat.

¶ Hic agit auctor de pulsu serrino qui diuersis modis intelligi potest. Nam quandoq sub vno digito mouet: sub tribus est quietus aut sub duobus primis mouetur: sub alijs quiescit: aut sub vno fortis: sub alio debilis sub tertio velox: sub quarto tardus. Serrinus autem notatur a serra: quia dētibus serre assimilatur: quādo inequalem facit incisionē ꝛ ſm hoc clauditur serrinus. Serrinꝰ pulsus sub quibusdā speciebus predictoꝝ pulsuum pōt contineri. Fit autem serrinus quandoq vt in primo digito sentiatur debilis: in secundo quasi deficiens. In tertio omnino non sentitur ſm autem hanc estimationem quedā cauda soricina finitiua erit pulsusꝰ serrinus.

¶ Hic auctor musam suam alloquitur vt sigillet opus de pulsibus.

Fige tuo metas operi: sat prata biberunt.
Semina luxuriant: prius arida terra colono.
Plenius arridet pingui letamiue gaudens.
Et fructus nobis exponens diuite vena.
Jam sterilem cultum philareti fomeris horret.

Registrum.

A B C D E F

G H I K L M

N O P omnes sunt quaterni: dempto P qui est duernus.

¶ Hic finis imponitur tractatulo de cognoscendis vrinis et pulsu peritissimi magistri Egidij cum expositione et commento magistri Gentilis de fulgineo summa cum diligentia pluribus in locis castigatus. Impressus Lugd. per Jacobum myt. Anno Millesimo quingentesimo decimoquinto. Die vero .iij. Octobris.

I was do[illegible] the wodes. Dimen[illegible]
Sette my gowne. Ruga togam.
My heed curleth. Caput meum crispat.
The dayes belonge in somer. Dies sunt tradi estate.
The dayes be short in wynter. Dies sũt veloces ĩ hyeme
The dayes waxe long. Dies crescunt / lux protrahitur.
I eate browne bredde. Vesco atro pane.
My clothes be blacke. Vestimenta mea sunt pulla.
He hath all the maners of a gentylman.
Cuntos mores nobilitatis habet.
[illegible]lokest on me as thou woldest eate me.
[illegible] nie respicis.
He dyed sodenly. Mors hoiem improuiso occupauit.
I am about. Paro: Conor: Nitor: Molior.
He hath layed watche for me. Parauit mihi incidias.